

*ationum
spec.*

Dilputationem Theologico-Philologicam,

De

NAPHTHALITIDE

Patria APOSTOLORUM,
ad illuminandum illustre JACOBI
Oraculum, quod legitur
GEN. XLIX. 21.

Auspice τῷ της ὁμολογίας ἡμῶν
ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ JESU CHRISTO,

PRAESES

THEODORUS HASAEUS,
S.T.D. & Prof. P.O. & ecclesiae
ad D. Virginis Pastor,

&

RESPONDENS

GEORGIUS HENRICUS KOEPPELIUS,

Hassus,

placidae literas amantium disquisitioni
Futuro die Saturni ad d. XV. Kal. Jul.
H. L. Q. S. instituendae
offerunt.

6n.

B R E M Æ,
Typis HERMANNI CHRISTOPHORI JANI,
Illustr. Gymnasii Typogr. 1724.

VIROS

Per quam Magnificum, Nobilissimos, Consultissimos, Amplissimos, plurimum Reverendum, Experientissimum, Celeberrimos, Spectatissimos,

- Dn. JOHANNEM HOLLER, Jctum Consummatissimum, Liberae & Imperialis Reipubl. Bremensis Consulem meritissimum, Gravissimum, Judicem Haereditarium in Borgfeld Splendidissimum.
- Dn. DIEDERICUM MEYERUM, J. U. D. Excellentissimum, Reipubl. Bremensis Senatorem meritissimum, Hospitem suum Munificentissimum.
- Dn. THEODORUM HASAEUM, S.S. Th. Doct. & Profess. P. Ord. Famigeratissimum, Mysteriorum Divinorum in aede D. Virginis Dispensatorem fidelissimum, Regiaeque Societas, quae est Berolini, Collegam meritissimum.
- Dn. CHRISTOPH. BENDLEBEN, Reipubl. Bremens. Senatorum dignissimum, Aeditem templi Mariani Spectatissimum, Magnarium gravissimum.
- Dn. HENRICUM BENDLEBEN, U. J. Doct. & Causarum Patronum vigilantissimum.
- Dn. ARNOLDUM MEYERUM, Medicinae Doctorem, & Reipublicae Bremensis Physicum Experientissimum.
- Dn. CHRISTIANUM MEYERUM, Ecclesiae Martinianae Diaconum fidelissimum, & Negotiatorem felicissimum.
- Dn. JOHANNEM BENDLEBEN, Mercatorem solertissimum & florentissimum;

Patronos atque Fautores suos omni pietate ac obsequio
ad bustum venerando,

Dissertationis hujus inscriptione
submissè veneratur

G. H. KOEPPELIUS, Respondens.

Dissertationis
De

NAPHTHALITIDE

Apostolorum patria,

Ad illustrationem oraculi Jacobaei GEN. XLIX, 21.
CAP. I. in quo illud explicatur.

Argumentum.

Ultima Jacobi intellectu difficultas fuit, §. 1. Inter ea praecipue referendum est commo. XXI. Sententia Bockarti. §. 2. Cocceji, qui eam mutuatus est ab Hieronymo. §. 3. Judicium de illa, §. 4. Nostra proponit, Summa dicendorum. §. 5. Proponuntur regulae fundamentum totius expositionis exhibentes. §. 6. Phrasis Prophetae נָחָרִית הַיּוֹם notat dies Messiae. §. 7. Totum vaticinium praecipue spectat aetatem Christi. §. 8. Nominibus filiorum suorum indicat Jacobus Viros insignes ex eorum vel tribu, vel in eorum terris oriundos. §. 9. Ostenditur (A) quomodo Cervi sunt emblemata *Apostolorum*, (N) ob celeritatem, §. 10. (B) Firmitatem & constantiam, locus Hab. III. 18. §. 11. (G) Ob pericula quibus expositi erant, §. 12. (T) Ob debilitatem, cum non alio praefatio quam vel pedum vel coram fruantur. §. 13. Unde cervi & alias notant Apostolos, P̄f. XVIII. 34. Hab. III. 9. P̄f. XXIX. 9. §. 14. Cur (B) mentio fiat *Cervae*, non *Cervi*. Passim ministri Evangelii sub symbolo sequioris sexus proponuntur. Illius rei rationes, §. 15. Poëtae saepe genere foemino de cervis loquentes utuntur. *Cervae* ac gestent cornua? §. 16. In regione Naphtalitica erat copia Cervorum. §. 17. Quid (C) sibi velit vox שְׁלֹמָה ablegata. לְאַתָּה שְׁלֹמָה, lego, laquais, Lachep. §. 18. Quid (D) sine מִכְרֵי שְׁפָר. Constructio totius dicti aperitur. §. 19. שְׁפָר notionem non solum habet pulchritudinis, sed & buccinae. §. 20. שְׁפָר notat prædicationem Evangelii, primo quia nihil ea pulchrius, atque optabilius. §. 21. Secundo, quia illa sono tubae confertur, & olim per diversos buccinatores fuit adumbrata. בְּשָׂר שְׁפָר convenient, §. 22. 23. Veritates quae hoc oraculo continentur. §. 24.

S. I.

 Raculorum Veteris Testamenti, ut vix ullum præclaris significationibus magis foetum est, ita nullum plures interpretibus cruces fixit, difficiliusque explicatu visum est illo, quo extremas voluntatis suaæ tabulas

A

tabulas

¶ (2) ¶

tabulas in confinio mortis positus consignavit sanctissimus Patriarcha JACOBVS, quodque penultimo Geneseos capite de scriptum nobis reliquit D. MOSES. Exercuit itaque & ingenium & industriam plurimorum eruditione praestantium Interpretum, qui commentationibus suis lucem illi adfundere summis opibus adnisi sunt. Inter eos ut ordine postremus est, ita si curatam illi dicatam operam spectes, reliquis facile palmam reddidit du biam doctissimus mysteriorum divinorum, in florentissimo Am stelodamensi coetu cum maxime Interpres Johannes van STAVERN, qui luculento atque demorso, sapiente unguis volumine, quod vernaculo sermone prodit, ante hos decem admodum annos hoc JACOBI Testamentum illuminavit. Non tamen crediderim me magnopere aberraturum a vero, si post collectam vindemiam adhuc aliis aliquid relictum esse racemationis, acre stare nodos dignos, quibus solvendis nervos nostros intenda mus, dixerо. Specimainis loco nunc sit comma illius capitis vi gesimum primum, quo benedictionem Patriarcha impertit filiorum suorum sexto, qui tamen heic decimum locum occupat, quem ex Bilha, Racheli uxoris suae serva, suscepit, NAPHTHALI: נָפְתָּח אֵלֶה שְׁלֹחָה הַנּוֹתֶן אֲמֹר יְשִׁבָּה De eo enim ita fatur: **נָפְתָּח אֵלֶה שְׁלֹחָה הַנּוֹתֶן אֲמֹר יְשִׁבָּה** (est vel erit) Cerva emissa vel ablegata, dans vel proferens bona verba, vel verba pulchritudinis, vel elegantiae.

§. 2. Variae sunt de sensu hujus vaticinii praestantissimo rum Virorum cogitationes, variae conjecturae. Legat eas in illorum scriptis, cui lubitum est, neque enim eas in cumulum con gerere, mihi vel vacat vel volupe est. Multi hoc perobscurum esse & vix a se intelligi, confessi sunt ingenue. WITSIUS factetur, qui in tam obscuris bene conjecterit, eum se vatem perhibiturum optimum. BOCHARTUS (at quis illo viro in indagandis maxime δοκιμάσεις S. Scripturæ locis alias vel felicio vel sagacior est?) tribuit illi sensum difficilem, & obscurum, quemque non satis capiat. Et deinceps ita concludit; Itaque vel, quomodo impletum fuerit hoc vaticinium. nos prorsus latet, vel aliud sonant Jacobi verba. Atque tum ad hunc nodum non solvendum, sed secundum se accingit, sub latisque punctis in illorum locum substituit alia, ita ut inde sensus

sus emergat plane diversus ab illo, quem verba, prouti nunc in sacro codice extant, prae se ferre videntur. Unusquisque qui debita erga diuina oracula reverentia ducitur, animadvertis facile, quam audax & periculosae plenum aleae futurum esset facinus, si unusquisque pro lubitu coelestes tabulas refingere ita, emendare, aut potius corrumpere in animum inducens, sibi in eas tale jus esse existimaret, quod in Horatii alicujus, aut Terentii versus nemini uni concedent saniores Critici. Quae enim demum erit veritas, quod religionis mysterium, quod fidei dogma, quae ab illorum hominum miniatulis ceris tuta esse possint, ac manere salva? Ceteras nunc difficultates, quas contra illam Bocharti conjecturam Viri docti moverunt, nunc non tango. At vero si ostendero, quod ostensurum me liquide confido, retentis ipsis vocibus, earumque apicibus Verba hunc sensum fundere remotis salebris omniaibus commodissimum praestantissimumque, illis sane defensoribus rem non egere, neque Criticorum audacia heic opus esse, neminem quemquam puto posse ambigere.

f. 3. Johannes COCEJVS, quo neminem mortalium ad interpretationem sacri Codicis ejusque divinas veritates eruendas plus aduluisse opis, ne ipsi quidem illi negaverint, qui ut in nullius, ita neque in hujus Magistri verba jurare didicerunt; & cum quo ego malim CHRISTVM ubique, vel ibi etiam, ubi non omnes eum cernunt, & investigare & invenire, quam cum aliis, ubi quam clarissime conspicitur, clavis praefracte oculis ejus praefentiam inficiari, in quo quidem me hominis & Christiani & Theologi partes tueri omnino existimo, is, inquam, aliquid adulit, quod ad rem facere videtur apprime. Verit enim ita hoc vaticinium: *Naphthali est cerva emissâ ejus, qui dat verba decoris, ita ut posterius membrum non construatur cum priori.* Putat itaque per *Cervam emissam* intelligi Naphthalitas, praeceps Galilaeos eorumque posteros magno cum desiderio turmatim ad Christum praedicantem in illis regionibus, verbaque plena gratiae & pacis mellifluo ore effudentem confluentes. Secutus in eo est vestigia D. HIERONYMI, qui in quaestionibus Ebraicis in Genesim Tom. III. Opp. pag. 354. miras aliquot horum verborum adducit interpretationes illud אָלֹהֶשׁלֹוּחַ explicans agnum irru-

guum, quod aquae calidae in illa tribu nascantur, posse quoque addit trans-
ferri cervum emissum, & ita propter temporaneas fruges velocitatem ter-
rae uberioris ostendit. Tandem tamen, melius esse, ait: si ad doctrinam
Servatoris cuncta referamus, quod in portione Naphtali docuerit. Alibi
haec verba ejusdem allegari legi, quae tamen nusquam invenire
potui: *Allegorice luculentius ad Salvatorem cuncta referuntur, qui in vir-
tute Spiritus instar cervi erumpens in tribu Naphtali vel maxime docuit.*

§. 4. Arrisit haec sententia Viris doctis vehementer. J. H.
Heideggerus eam non sine Numine ad manus pervenisse scribit. (a)
H. Wijfius tanti eam fecit, ut eam bis in scriptis suis (b) diductam
latius apparere voluerit. Alii facto veluti agmine eam suam fe-
cerunt. Fateor ingeniosam eam esse, divino Vate dignam, quod
Christum nobis monstraret, cuius testimonium est Spiritus Pro-
phetiae, neque quidquam hic occurrit, quod à verborum signifi-
catione, aut loquentis scopo maximopere abhorreat. Profes-
to non meretur illos sibilos, fannasque quibus eam excipere
ante hos sedecim annos audacissimo cuidam *Dialogorum* in Belgio
Scriptori visum fuit. Quin omnibus aliorum *Judaeorum* juxta
atque Christianorum conjecturis multis modis esse praefерendam
aequus rerum aestimator facile arbitrabitur. Habet tamen illa
hoc incommodi, quod duo orationis membra heic à se quasi di-
vellantur, quasi posterioris non pertineat ad prius. Id quod ta-
men minus recte heic fieri dicas. Cum enim vox Ebraica אִילָה
non ponatur in statu constructo, sed absoluto, juxta praecepta
Grammatices non regere potest genitivum rei diversae, ut ex-
plices: *Cerva dantis* sive *illius qui dat*; sed Substantivum *Cerva*
jungendum erit cum adjektivo, ut exponas: *cerva quae dat*. Vel
נְפָתֵחַ אִילָה שְׁלוֹחָה אִילָה deberet repeti hoc modo: אִילָה אִילָה VOX
Naphtali *Cerva dimissa* (*Cerva ejus*) qui dat eloqui^a
pulchritudinis. Id quod etiam sine insignita anomalia generis fie-
ri nequiret, cum ita scribendum fuisse non sed אִילָה אִילָה
Sciо quidem non deesse exempla, in quibus nomen ab-
solutae seu integræ formæ pro constructo ponatur, de quibus

Glaß.

(a) in Histor. Patr. Tom. II. Exerc. XXXII.

(b) in Oecon. Poed. Lib. IV. c. 3. §. 28, & in Δικηφ. c. VI. §. 16, 17.

Glaßius (a) & Buxtorfius (b) consuli possunt. Sed & id scio, id fieri rarius, saltim ~~accidens~~, neque fieri posse nisi intellecta quadam ellipsi. Scio porro ejusmodi anomaliis aut ellipsis non locum esse concedendum, nisi urgente quadam necessitate, & cum alias explicatio fana dari nequit. Unde nuper Job. Heeserus in suo [¶] illam interpretationem non veritus est *nimiris violentam atque contortam vocare*. Quod si itaque talis poterit exhiberi, quae nullam vel ellipsin vel anomaliam postulat, caeteroquin est plana, facilis, divino Prophetae digna, & cum emphasi verborum rerumque praecipue implemento conjuncta, tute ipse, quo loco illa habenda sit, judicabis.

§. 5. Talem autem esse eam, cuius mihi in mentem venit, putem, quae quidem cum illa Cocceji non parum habet adfinitatis, ita tamen ut simul illas salebras, quibus illa impediatur, omnes evellat. Hanc enim mihi videor deprehendere horum verborum mentem. Ex illa regione, quae olim Naphthali posteriorum portio erit, orituri sunt Apostoli, doctrinam Evangelii annunciaturi. Hanc autem sententiam quo tibi approbem facilius, posteaquam theses quas fundamenti loco Cygnæi hujus carminis Jacobaci explicationi substerni oportet, poluero, illi primum cun verborum emphasi ac genuina significatione belle convenire, ostendam; Deinde omnia, quae his verbis continentur, suo tempore impleta esse accurate docebo. Atque ut illud hujus, ita hoc secuturi capit is erit Argumentum.

§. 6. Primum itaque quod mihi concedi postulo, hoc est. **N.** Jacobus in hoc Canticō agitatus divino Spiritu res futuras praedixit. Hoc extra omnem dubitationis aleam inter Christianos positum esse debet, neque id Judæi prorsus inficiantur.

D. Jacobus in illo de Messia vaticinatus est. Id saltim fieri commate decimo tantum non inter omnes, qui Christo nomen dederunt, in confessio est. Immo vix ullus est gentis recutiae, qui id ire inficias fuerit ausus, ita ut parum à turpitudine absfuturum sit, si id negare non dubitet Christianus, cuius confessionem vis veritatis extorsit capitalibus Christi perduellibus.

§. 5.

(a) Philolog. S. Libr. II. Tr. I. can. 40.
(b) Thesaur. Gramm. Lib. II. c. 43.

§. 7. 3. Ea quae filii suis praedicit Patriarcha, magnam partem
pertinent ad tempora aetatem Messiae proxime adtingentia. In hanc sen-
tentiam nos manu quasi ducit phrasis illa qua utitur Jacobus, cum
congregaturus filios suos ad audiendum, *se eis annuntiaturum pro-*
nunciat, quod iis erat eventurum *in extremo die-*
rum, sive *in diebus novissimis*, versu 1. Hanc autem phrasin sicut
alteram, quae saepius in Novi Foederis tabulis occurrit, de *תְּהִימָה*
וְעַתָּה, tempora Messiae indicare, plerique Interpretum Chri-
stianorum affirmant, assentientibus Judaeis Abarbanel, Nach-
manide, Menasse Ben Israël, Aben Ezra, D. Kimchio, cuius haec
sunt ad locum Esaiæ II. 1. verba *בְּאַחֲרִית הַיּוֹם* *וְזֶה מוֹת וּמָשִׁיחָה*
In quocunque loco dicitur sermo est de diebus Messiae. Et quod magis est, ausim affirmare, & per induc-
tionem locorum omnium, si id postularetur, comprobare, omnino
nusquam illum loquendi modum occurrere, quin, si non unice
tempora respiciantur, quae à nato Servatore ad excidium Hiero-
solymarum effluxere, talia tamen immixta sint, quae hoc com-
mode referri & possint & debeant; ita ut nunquam ea actas, qua
Christus cum Apostolis suis vixit, prorūs excludatur.

§. 8. Porro cum singulis duodecim tribubus suis, quos
expectare habebant, rerum eventus praedici, post destructam
autem Hierosolymam tribuum discriminem sublatum esse memini-
mus, phrasis autem illa de extremo dierum, ut monitum est,
tempora novae Oeconomiae innuat, hinc facile colligas, quae
in hac cantilena narrantur, praecipue & *δευτερων* implementum
suum nacta esse illa tempestate, quae à nativitate Domini ad san-
ctæ urbis *πανολεθριαν* elapsa fuit. *Neque enim dubitari potest*, ita
scribit Celeberimi nominis Theologus, *Spiritum S.* per emortuale
Jacobi os futurum seminis Abrahami, Isaaci, Jacobi statum enarrantem, il-
lud praecipue tempus enarrare voluisse, quo excitandum erat semen illud lon-
ge desideratissimum, *Patribus promissum*, in quo omnes familiae terrae divi-
nae benedictionis futuras erant particeps. Ita comma decimum cum
duobus, quae sequuntur, de Messia agere extra dubium est.
Eandem rationem esse commatum VIII. & IX. proxime, *καν ο Θεος*
δικαιον και γνωσμεν, à nobis ostendetur. Pariter, quae de Zabulo-
ne versu XIII. afferuntur, statum ejus tribus, qualis temporibus
Christi

Christi fuit, describunt, vñf. XVIII. & XXIV, indicari Christum petram salutis, plurimi Interpretes annotarunt. Etsi nunc non patet quam $\chi\tau\alpha\tau$ reliqua hujus Cantici ad illa tempora habeant, cogitandum est, non adeo multas de statu, in quo singulae re publicae Judaicae tribus tum temporis versabantur, rerum circumstantias nobis perspectas esse. Forsan ventura actas reliqua in liquidiore luce collocabit. Si quisquam tamen existimet, multa occurrere quae ad aetatem, quae $\pi\lambda\eta\varphi\mu\alpha\tau\tau\kappa\alpha\tau\pi\alpha$ praecedit, omnino pertineant, cum illo nolle super ea re litigare, si modo id mihi vicissim concedatur, non deesse heic pariter, quae historiam Christi, ejusque Legatorum exhibent, in quorum censum hunc etiam, quem tractamus locum, referendum esse puto.

§. 9. ¶. Per nomina filiorum suorum Jacobus intelligit insignes viros ex illorum lumbis aut tribu orituros, vel saltim in terris iñ adsignatis vietros. Neque hoc ullius indiget probationis.

¶. Quando nomina filiorum aliis nominibus, v. gr. animalium junguntur intelligenda est copula EST, ¶ tum indicatur fore vel inter filiorum Iacobí posteros, vel saltim in horum terris vitam agentes ob rem aliquam singularē ac valde commemorabilem, cum tali quod nominatur, animali comparandos. Ita cum Juda vocatur LEO vñf. 8. Iaschar ASINVS vñf. 14. Dan SERPENS in vñf. 17. Benjamin LVPVS rapax vñf. 24. ecquis non animadvertit, innui ex Judae Iascharis, Danis, & Benjaminis progenie surrecturos illustres viros, quos cum ejuscemo di animalibus scite conservas. Haec tam aperta sunt, & plana, ut illos quidem, qui contra vulgatissimum & sacrorum & $\tau\alpha\gamma\zeta\omega$ Scriptorum, ipsiusque juris statutis stabilitum, qui needum defit, morem in supremae voluntatis tabulis figuratas omnes atque im proprias locutiones prorsus abesse volunt, de eo dubitatu ros crediderim. Simili itaque ratione Naphthali vocatur Cerva emissa. Qua phrasí designari Apostolos, eo minus mirum nobis videri potest, quo magis illi inter Naphthalitas non minus, ac in Ecclesia Jesu Christi nobilissimum atque eminentissimum obtinuere locum. Et si ex pereximiorum Interpretum sententia deinceps commate 27. Paulus Apostolus per Benjaminem designatur, non caufam video, ob quam non minus hoc loco per Naphthali intelligamus ex illo oriundos Apostolos, praecipue, cum

cum iis singula, quae hic dicuntur, ita convenient, ut vix quādrent in alium. Id nunc ut collocetur in apicum, ostendendum nobis erit (A) An & quamobrem Apostoli sub symbolo occurrant cervorum. Cur (B) dicantur Cervae, non Cervi. Et (C) quidem emissae vel ablegatae. (D) Quid denotetur per אַרְבָּה שֵׁבֶר.

§. 10. Cervarum (N) sub imagine venire APOSTOLOS, ut ostendam, nolo operose corraderem omnia illa, quibus aliqua inter eas & Apostolos institui posset comparatio. Scatent infestis ejusmodi comparationibus multorum libri ad nauseam usque; Attributa tantum pauca adducam, quae praesertim huic denominationi dedisse ansam, idque duce ipsa Scriptura existimavem. Primum eorum est in currendo Celeritas, quae ob summam crurum tenuitatem & agilitatem, non parem habet,

— — — quando patentes

Transmittunt cursu campos, atque agmina cervi

Pulverulenta fuga glomerant, montesque relinquunt.

Ea apud profanos aequa ac sacros Scriptores in exemplum ivit & proverbium. Vide 2. Sam. II. 18. 1. Chron. XIII. 8. Prov. VI. 5. El. XXXV. 6. Cant. II. 8, 9.. & maxime VIII. 14. Cum quibus conferantur quae ex Scriptoribus τοις ἔτεσι annotavit BOCHAR-TVS Hieroz. Libr. III. c. 17. Inde passim cervi apud Poëtas dicuntur celeres, veloces, fugaces, leves, cursu leves, alipedes, volucres, agiles, volucripedes, ἀεροπόδες, θυγατρόποδες. Imo hinc ἀλαφος quasi ἀλαφης, i. e. leves dictos putant. BVSBEQVIUS in epistolis, quibus legationem suam ad aulam Ottomannicam recenset Ep. I. p. m. 34. scribit: In coemeterio Servianorium erectas fuisse in palos CERVORVM & similiūm ferarum de ligno dedolatas effigies, cumque cauſam rogaſſent, respondiſſe maritos vel patres eo monumento voluſſe testari conjugum aut ſiliarum in obeundis officiis domesticis CELERITATEM & diligentiam. Apud Judaeos velociorem esse binnulo vel cervo in proverbium transiit, ut ex בָּכָר cap. 5. difſimus. Atque ita ob summam perniciatem, qua in Evangelii cursu promovendo uſi sunt, Apostolos Cervas dici puto.

§. 11. Illa tamen agilitas pedum non impedit, quin eorum (ɔ) firmitas atque constantia in gressu pariter celebretur passim, Unde dicti aeripedes. Sic v. gr. ap. Virgil. Aeneid. Libr. VI. vi. 802.

Fixeris

(9)

Fixerit AERIPEDEM Cervam licet —

Et Auson. in Grypho Ternarii vſ. 14.

Vincunt AERIPEDES ter terno Nestore Cervi.

Ut & Eid. XIX. vſ. 4.

AERIPEDIS quanto tulit aurea cornua cervi.

Ita Silius L. III. vſ. 128.

AERIPEDIS ramos superantia cornua Cervae.

Et Martial. Lib. IX. Ep. 104.

AERIPEDEM silvis cervam.

Quāquam enim Servius eumque secuti complures eruditī Viri
hoc epitheton explicit quasi aeripedem, rectius tamen puto in-
terpretari, de iis qui pedibus (a) firmis tanquam aere munitis in-
cedunt, ita ut nullo cursu fatigari queant, quo sensu Graeci χαλ-
κωδες & χαλκοχοτες tales appellant. Sic Hesychius vocem χαλκο-
δες explicat ιχνευτες. Eodem modo Ovidius Metam. Libr. VII.
vſ. 104. Tauros vocavit aeripedes.

Ecce adamanteis Vulcanum naribus effiant
AERIPEDES Tauri —

Et in Heroid. ep. 6. vſ. 32.

Narrat ♂ AERIPEDES Martis arasse boves.

Vide & Ep. 12. vſ. 93. in quo utroque loco tamen Heinſius mavult
legi aeripedes. Et sic cervi in sacris saepenumero considerantur.
Vide 2. Sam. XIII. 34. & Ps. XVIII. 34. præcipue Habakuki vati-
cinium, quod ita C. III. vſ. 18. clauditur: Dominus est robur meum,
♂ FIRMAVIT PEDES meos tanquam CERVORVM, & super excelsa
faciet, ut incendam. Atque ita in memoriam nobis revocatur stu-
penda illa constantia, atque incredibile illud studium, quod im-
mobiles in opere Domini Apostoli adhibuerunt haud pensi habi-
tis immensis & laboribus & periculis Christi causa exantlandis.

§. 12. Cervus porro (a.) animal est venatorum, canum
præcipue agitationibus, si quod aliud, maxime obnoxium. (b)

B

Ridi-

(a) V. Brod. Mifc. L. II. c. 29. Scaligerum in Auson. Lect. L. I. c. 16.

(b) Virg. Libr. XII. Aeneid. vſ. 751.

— inclusum si quando in flumine nactus
Cervum aut Punicae septum formidine pennae
Venator cursu, canis & latratis instat.

Ridiculum foret, si in re tam nota nostraque aetatis consuetudine quotidie comprobata, conglomerare vellēm testimonia. Sub emblemate itaque cervorum percommode vita Apostolorum proponitur, quae perpetuis hostium Ecclesiae, qui sub similitudine Venatorum aliquando veniunt, praeſertim Gentilium quos Canes appellant Sacrae literae, Pl. XXII, vſ. 17-21. Matth. XV, 26. Immo & Iudaorum, qui id quoque gerunt nominis Phil. III, 3. (a) 2. Petr. II, 22. persecutionibus erat exposita.

§. 13. Accedit, quod illud animalium genus imbellē maxime est; Unde Virg. Georg. III, 265.

— — IMBELLES dant praelia CERVI.

Et Lucanus Libr. IV, vſ. 437. memorat

— — pavidos formidine CERVOS.

Esa. XIII, 14. mentio fit יְמִינֵי מִרְאֵב, Lutherus vertit ein gescheucht Reh. Neque à natura iis armis instrūctum est, quibus infidias canumque, qua in se aguntur, rabiem possit depellere, cum non aliud, quo se defendat, habeat, quam CORNVA, quibus tamen & cervae, quarum in loco nostro fit mentio, destituantur, ut vix aliud iis sit praefidium positum, quam in praeruptis inaccessarum RVPIVM cacuminibus. Interea loci non alia fere eos fors manet, quam ut diu multumque agitati, tristisque tandem facti hostium praeda, miserabilique nece confecti, delicato tandem gratoque palatis pabulo hominibus cedant. En hic vivam Legatorum Christi imaginem. Nullis illi causam suam tueri poterant armis, nullis instrūcti erant humanis auxiliis, nullo nitebantur sapientiae aut autoritatis hominum adparatu; Non alio gaudere poterant praefidio, quam illius qui & CORNV & RVPES salutis appellatur, in quo omnes spes suas fortunasque repositas habebant unice. Interea non alia forte utebantur quam ut inimicorum suorum cassibus furoribusque per orbem terrarum, qua patet, jaſtati, & ad truculentam necem petiti, gratae

(a) Sane hoc loco intelligendos esse Iudeos, qui Christo nomen dederunt, deinde autem ad errores suos redierant, non solum scopus & totius sermonis Apostolici contextus loquitur, sed & patet ex collatione vſ. 20, cum Matth. XII, 45. ubi verbis γένεται ταῦτα τοῦ διδάσκων ἡγεμόνης Χριſτοῦ τῶν Ιudeῶν, quae & Petrus habet, additur, Οὐ τοῦ Ιησοῦ ΤΗ ΓΕΝΕΑ ΤΑΥΤΗ τῇ πονηρᾳ,

gratae Deo angelique caderent victimae. Conf. Ps. XLIV. 23.
Phil. II. 17. 2. Tim. IV. 6.

§. 14. Neque id mirum cuiquam videatur, nos Apostolos sub emblemate adumbratos cervorum afferere. Hi enim passim evangelii praeconum & Legatorum Christi emblemata sunt. Ita Ps. XVIII. 34. ubi dicunt pedes suos positos esse, ut CERVARVM, Apostolos loquentes introduci notat Tillius. Ita verbis Habac. III. 9. vaticinium contineri de Evangelio, ministerio verbi ultimis temporibus longe lateque circumferendo; Illique locum παντολογον esse ultimum Cantici Canticorum à praestantissimis observatum est interpretibus. Id fieri praefertim Ps. XXIX. 9. existimo. Ibi enim agi de regno Messiae ex Judaeis agnovit Kimchius; & de Evangelio Jesu Christi temporibus novi foederis promulgando non solum recentiores Interpretes plerique, sed & veteris Ecclesiae Patres tantum non omnes explicuerunt. Ejus praeconium sub symbolo vocis divinae, & quidem, Tonitru ut passim alias Ps. LXVIII. 34. Et. XXX. 30. Apoc. IV. 5. XIV. 2. ponitur. (a) Fuit enim praeccipue in ore Apostolorum, instar Tonitru, qui inde dicti sunt BOANERΓΕΙΣ, i. e. ρίοι Ερωτης, Filii Tonitru Marc. III. 17. Quando autem inter alia de illa voce dicitur ἀρλά τόνοι παρεῖ facit cervas, per has cum summo Interpretate, nollem intelligere homines, qui non sunt de Civitate Dei, sed in ignoscane per vocem Evangelii neque renati sunt, neque alios parere possunt. Sed potius Apostolos, qui praedicati Evangelii miracula vi, atque efficacia, non sine summis doloribus atque laboribus, instar cervarum, quarum partum admodum difficilem non solum profani Scriptores testantur, sed & sacer Job. XXXIX. 3. 4. Christo liberos οΔΙΝΟΥΣΙΝ, ut Apostolus loquitur Gal. IV. 19. quea eadem vox est, qua in hoc Psalmi loco usus est Aquila. Et ita conferendas sunt omnino similes locutiones ex Ps. CX. 4. 1. Cor. IV. 15. Philem. vs. 10. Jac. I. 18.

§. 15. Ex quibus ut dispalefecit cervos emblema esse Apostolorum, ita non dissimulandum id fieri genere feminino, &

B 2

aeque

(a) Vide de hac re in primis luculenter agentem Celeb. Lampum meum in prolegomenis quae limatissimo suo in Joannem commentario praemisit Lib. I, c. 2, §. 12. sqq.

aeque in illo Psalmi, quam nostro, quem tractamus loco, non
Cervos sed *Cervas* commemorari. Tantum autem abest, ut id
 nostram opinionem labefactet, ut potius eam non parum mu-
 niat, stabiliatque. Ex vulgari enim Sacrae Scripturae stylo Prae-
 cones verbi divini, inter quos Apostoli primi sunt, sub schema-
 te introducuntur sexus sequioris. Ita summa sapientia Prov.
 IX. 3, famulitium suum i.e. Prophetas & Apostoloros ablegans ad
 invitandum convivas, usq; scribitur ministerio PVELLARVM.
 Quo quidem (haec verba sunt Patris mei Cornelii HASAEI, τε νω
 ου μακρεσσος in diff. de Convivio supremae sapientiae, quae inserta est
 Thes. differt. Theol. Amstelodamensi T. I.) emblemata sexus blandioris Spir-
 itus S. voluisse videtur uti, non solum, quia ratio allegoriae id postulabat, sed
 Ut ministros hoc schemate virtutum commonefaceret, quarum puellae ge-
 nerosiores, quae in reginarum comitatu & contuberni sunt, exemplum ad-
 fulgere solent, obsequii imprimis promptissimi, AFFABILITATIS vorticor-
 diae, & castae denique munditiei. Pt. CXXXIII. 3, Pt. LII. 7. 1. Thess.
 II. 7. 8. Apoc. XIV. 9. Addo his inermis DEBILITATIS, 2. Cor.
 XIII. 9. 10. & tandem laetae FOECVNITATIS, Pt. CX. 4.
 Sic Et. XL. 9. Coctus Apostolorum vocatur בְּשָׂרַת צִיּוֹן מִבְשָׁרֵי צִיּוֹן Annun-
 ciatrix boni nuntii in Zione, pro Annunciatore Evangelii in Zione. Et Pt. LXVIII. 12, iidem dicuntur non מִבְשָׁרִים prae-
 cones Evangelii, sed מִבְשָׁרָתִים praeconiatrices. Confer similem locu-
 tionem Pt. LXVIII. 26, & XLV. 15.

§. 16. Sed id quoque adtendendum, hoc genere muliebri
 eo commodius potuisse uti Jacobum, quo frequentius alii quoque
 Scriptores praesertim Poëtae eo utuntur. Ita saepe της ἡλαφος
 mentionem faciunt Graeci. Et Pt. XLII. 1. אִיל masculine con-
 neicitur cum feminino רַעֲרוֹג. Ita Callimachus in H. in Dianam
 vs. 100. de cervis licet cornigeris loquens facit eas tandem ἡλειας
 & memorat Σκαρφων ἡλαφων. Ita apud Pindarum in Olymp. Od.
 III. legitur χρυσοκέφαλη λαφων θελεων. Ita Virgil, de Hercule loquens
 L. VI. Aeneid. vi. 403,

Nec vero Alcides tantum telluris obivit
 Fixerit aeripedem Cervam licet.

Ubi nota cervum more poëtico vocare Cervam. Illi enim, quem
 Hercules confecit, omnis antiquitas attribuit cornua quae tamen
 pro-

proprie convenient in cervorum genere maribus (a) Idem L.
VI. vſ. 69.

— Qualis confecta cerva sagitta.

Catullus Carm. L. X. vſ. 72.

Ego vitam agam sub altis Phrygiae columinibus
Ubi Cerva Sylvicultrix; ubi aper nemorivagus.

Ovidius alicubi

Utque canem pavidae multum vestigia cervae
Luctantem frustra copula dura tenet.

Vide eundem Libr. III. de A. A. vſ. 650. de Ponto Epift. L. II. vſ.
40. Metam. L. VII. vſ. 545. Mart. ep. 9. Ep. 101. CAT. Carm. LXI.
vſ. 337. HORAT. Carm. Libr. I. Od. I. vſ. 27. MACR. Saturn. L.
V. c. 2. Et confer Ez. Spanhemium ad Call. p. 203. Salmasium,
ad Sol. p. 157. & Drakenborchium ad Sil. III. 39. Broeckbusium ad
Tib. L. IV. el. 3. vſ. 13. Neque tamen solum more Poëtico locu-
tum esse Patriarcham puto, sed & singularis cauſa emphaeos.
Jarchi ad locum Habac. III. vſ. 18. obſervat in cervino ge-
nere גֶּרְלִי הַנְּקֹבוֹת בֵּישָׁר וְהַר מַשְׁלֵךְ וּכְרוּם
pedes feminarum inceden-
tium in reſo (i. e. in planitie) effimiores prae mariū pedibus. Prae-
terea, cum illae non premantur cornuum pondere, majori utun-
tetur pedum agilitate. Et quo magis sunt ἀνεψιοι, eo minus iis
contra hostes suos est praefidii. Ne nunc dicam de foecundita-
te illi sexui tantum propria, quae omnia cur cum emphasi Apo-
stolis applicari poſſint, prouum est colligere.

s. 17. Eo autem facilius Cerva potuit venire in mentem
divino vati, cum de Naphthali locuturus esſet, quo magis mons
Libanus cum Carmelo & Amano, qui ejus quaedam videtur fu-
ſiſſe pars, quique in Septentriōnali Palæstinae parte, circa illam
regionem, quae tribui deinde celiſſit Naphthalitiae, ſitus erat,
abundaret cervis. Id didici ex Aeliani Histor. animal. L. V. c. 56.
eujus inscriptio eſt πετρων της ΣΥΡΟΙΣ ἐλαφων, ubi cum enarrat

B 3

com-

(a) Cornutaſtamen cervas quoque aliquando defcribi notarunt non ſolum Jul. C. Scā-
liger L. VI. de re poēt. c. 4. BOCHARTVS L. III. c. 17. ut & SPANHEMIVS de praef.
Num. T. I. p. 204, 205. & Anna DACERIA ad Callim. hymnum in Diana vſ. 102; ubi
& vide Theod. GRAEVIVM. Saltem novimus Cervam κερατοφερον in vicina Cimbria
captam terio Mochonis carmine celebratam fuisse.

commemorabilem illum modum, quo cervi e Syria trajicere
quotannis solent in Cyprus meminit cervorum, ἐν Συρίᾳ γανόται
ἐν ὄρεσ τοις Αμαών ταῖς ΛΙΒΑΝΩ, καὶ Καρπηλα. Et quidem illam
partem regionis Naphthalitiae, quam alluebat lacus Tiberiadis,
quamque Apostolos produxisse suo loco ostendetur, feracem
fuisse cervorum, observatum est. Hinc Bethsaidam dictam esse
Lightfootum Opp. T. I. p. 398. Bethsaida domum vel locum vena-
tionum designat, videtur autem ita appellari, quod ibi sita erat, ubi MA-
GNA CERVARVM copia. Et ex ea ratione vult explicandum esse
ipsum hoc Jacobi oraculum.

§. 48. Quod ad sequentem vocem שְׁלֹמָה adtinet, nolo
nunc aliorum sententiis vel excutiendis vel refellendis immora-
ri, sed id tantum indicare, videri mihi à propria ac genuina ejus
significatione non esse discedendum. Est autem vocis שלום prae-
fertim in Kal usurpatae, vera notio mittendi, legandi, ablegandi, ad
nuntium aliquod perferendum vel conficiendum negotium, quod
innumeris demonstrari posset exemplis, nisi id vel ex Lexicorum
& Concordiarum Scriptoribus abunde constaret. Rabbini
quoque hac notione adhibent. Vide Pesachim fol. 118. col. 2.
lin. 13, 14 & 25. Praecipue id locum habet in participio Paul Kal,
quale hic occurrit טַלֵּשׁ 1, Reg. XIV. 6. Jer. XLIX. 14. Ezech.
III. 16. XXIII. 40. Convenit autem cum לְשׁ, quod ejusdem
fere est significantiae. Communis vocis radix videtur esse לֶ,
quae etiam occurrit in דָלֶךְ, יְלֶךְ, ire, ambulare, quod qui mitti-
tur, non nisi eundo vel ambulando munere suo queat fungi. Hinc
cognata vox נָאֵלֶת, quae non quidem in S. Scripturae codice E-
braico, cerebrime tamen in Aethiopica versione occurrit. Un-
de נָאֵלֶת nuntius, legatus, ΑΠΟΣΤΟΛΟΣ, Αγγελος. Sicut inde for-
tassis transpositis literis ipsa haec vox Αγγελος & Αγγελω descen-
dit, prorsus autem remansit in Latinorum lego, ablego, legatum, un-
de & verosimile mihi fit Gallorum (a) Laquais & nostrum Lackey
& Hi-

(a) Sane hanc etymologiam preferandam esse alii, quam vir quidam summus in
Gallia produxit, qui Laquais à voce verna putabat derivandum, ecquis non videt?
Quid frontem contrahis, Lector, & scire aves, qua μεταποέφαστι, Ovidiana certe non
minus

(15)

& Hispanorum *Lacajo* arcessendum esse. Arabibus quoque *اللَّا*
 est, misit, unde *لِكْسَاتِي* epistola. Saltem in hoc loco verum hunc
 vocis significatum censeo conservandum esse, & *اللَّهُ شَرِيكُهُ*
 vertendum *Cervam missam* vel ablegatam, *מִן־אֲפָגָלְמָנָה*. Atque ita
 uterque interpretatus est Paraphrastes & Hierosolymitanus &
 נַבְתֵּי עֹזֶר קָרְלִיל וּמִי לְאַיָּה Jonathan. Hujus verba haec sunt: *רְדוֹחֹת עַל שֵׁי טְוַרְיָה מִכְשֵׁר בְּשֻׁרוֹן טְבָנָה*:
Naphthali est ἀστράπης
nuntius, tabellarius levis, (quo sensu Virgil. Eclog. I. vs. 60. *cervus*
dixit leves & Phoedrus fab. I. L. I. cursu leves) *similis cervo, qui currit*
per scopulos montium, nuntians bona nuntia, eodem quoque sensu in-
tellexit autor Testamenti XII. Patriarcharum, quisquis ille fuerit,
suit autem antiquissimus & ipsa Ecclesiae Christianae incunabula
adgit. Is enim cap. VIII. ita Naphthali introducit loquentem:
Ἐπειδὴ τοῦτον τοὺς πόνους, ὡς ἐλαφός ἐστι Πατέρης μακαρίστης πατέρων Α-
ποστολῶν καὶ ἀγγελιῶν ἐργάζεται με. *Quia pedibus levis eram instar*
cervi Pater meus Jacobus ad missionem & Apóstolatum me ordinavit.
 §. 19. Atque hoc primum est, quod de Naphthali divinus
 vates testatus est, fore eum CERVAM missam seu ablegatam;
 Alterum quod de illo adjicit, est DICTVRVM VERBA PVL-
 CHRA. Id enim observandum est probe, haec verba
 נַבְתֵּי עֹזֶר

minus mira, *verna* commutatus sit in *Laquais*. Dicam: Ex *verna* factum est diminuti-
 um *vernula*, hinc adiecta copula aliquando scriptum *vernulaque*. Paulazim autem
 duas priores syllabas adiectae, & remanit *Laque*, *Laquai*. Ohe ridiculum! Anne
 vero multum illi praefat, quam exhibet illi, *Huetius* in Dissertationibus, quas erudit
 Abbas *Tilladetus* T. II. p. 153. quasi *Laquais* sit obsoletum *Nagnet*, hoc autem trans-
 positus literis sit à Germanico *Lench*? non crediderim. Quin **לְאַיָּה** ejus esse *לְעַזְרָה*,
 ut credam non parum impellor, quod & ejus significatio sit *ministrare, λειτεῖν*. Apud
 Aethiopes enim *Conjug.* VI. quae ipsi *passiva* est, & ut *Ludolph. Gramm.* suac *Ae-*
thiop. p. 16. loquitur, effectum passivi sui notat **לְאַיָּה**, est *servire, σερνεῖν*. *Apud*
לְאַיָּה *minister, famulus, famulae, σεμινάριον*. Unde & *Paulus*
Ebr. I. 14. veram vim vocis **לְאַיָּה** videtur exhibuisse, quando eos describit *πατέρων*
ματράς Λειτούργικα: Cum igitur *Laquais* notet & *ministrum*, & tales qui à *pedibus*
est, ἀντλούσι, pedissequum, curlorem, qui negotiorum causa *ablegatur*, fane percom-
 mode dici potuit à voce, quae *ministrandi* pariter & *ablegandi* notionem habet. Per-
 placuit olim sententia Georgii *Stiernbemii* in dict. *Uiphil. Gothico* p. 105. qui a Go-
 thico *Lacka*, quod est *currere*, vocem illam derivavit. Sed notari velim ipsum hoc
 Suecorum *Lacka*, uti & veterum Germanorum *Iöffen* / quo Lutherus in versione sua
 notione *currendi, saliendi* passim usus est, v. gr. *Psl. 29:6.* *El. 35:6.* *Jer. 11:24.* *30:13.*
Ezech. 34:2. *Sap. 19:9;* cum hoc **לְאַיָּה**, ut & **לְרַאַיָּה** vel **לְלַאַיָּה** valde convenire,

אָמְרֵי שֶׁבֶר non referenda esse ad voces proxime antecedentes, **אַרְלָה שְׁלוֹחָה**. Ita enim vel anomalia generis quaedam vel ellipsis esset ponenda, quarum utraque heic tuto caremus: Sed posteriora verba respiciunt Naphthali, quasi dicatur *Naphthali*, qui *cerva missa est*, *loquitur verba pulchra*, vel *Naphthali*, *verba elegancia loquens est* *cerva emissa*. Et sic simul occurritur dubio, quod hic moveri posset videlicet, hic anomaliam occurrere duplicem cum verborum tum rei. Verborum, quam, quomodoconque construas non effugi posse putabat *Witsius* in *Δεκαφ.* c. VI. §. 17. quamque nemo unus interpretum sane effugit, si componatur **אַרְלָה הַבָּרָה**, **תְּנוּתָן** ita **אַרְלָה** **כֶּרֶב** erit Substantivum feminini generis, at **תְּנוּתָן** erit adjectivum masculini. Sed & praeter anomaliam dictio-
nis incides in anomaliam Rei; Videtur enim parum eleganter aut illi, quae adhibetur, allegoriae convenienter cervae attribui elegans & suavis dictio. Cum si vel id de Cervae clamore quem Ebraei **עֲרִגָּה** vocant, velis intelligere, certum sit eo nihil magis inconditum magisque asperum audiri posse. Plana autem omnia sunt, plenoque fluunt alveo, si *verborum pulchrorum elocutio* attribuatur non *Cervae*, sed *Naphthali* hoc pulcherrimo atque apero sensu. *Naphthalitae* i. e. quidam ex Naphthali vel posteris vel regionis incolis erunt *instar* *ablegatae Cervae*, locuturi **אָמְרֵי שֶׁבֶר**.

§. 20. Cujus phraseos vis, ut eo constet magis, de voce **שְׁבָר** nonnulla observanda sunt. Notat illa pulchritudinem, de-
cuss, elegantiam, nitorem, concinnitatem, praestantiam, ita ut **אָמְרֵי שֶׁבֶר** sint verba vel eloquia bona, pulchra, nitida, apta, grata, concinna, desiderabilia, suoque decore ac elegantia com-
mendanda. Non dubito, quin hinc *Sapphiro*, gemmarum venu-
stissimae apud Ebraeos, sed & Graecos, Romanos, Germanos multosque populos alias nomen adhaeserit. Est autem ejusdem originis earundemque literarum cum voce **שְׁבָר** vel **שְׁוֹפָר**, quate-
nus indicat *tubam* vel *buccinam*. Sic in datione legis audiebatur **שְׁבָר קָרְבָּר** i. e. sonus tubae, Exod. XIX. 16. Die expiationis sona-
bat **שְׁבָר תְּרוּעָה**. Lev. XXX. 9. & in festo *requinas* & tabernacula-
lorum Ps. LXXXI. 4. & quando arca Domini olim transferenda
erat in urbem. 2. Sam. VI. 15. Et in bellis, Job. XXXIX. 25. Jer.
IV. §. 19, 21. VI. 1. XLI. 14. Amos II. 2. & in expugnatione Hic-
richun-

richuntis usus erat שופרות הווילם JOS. VI. 4, 6, 8, 13, ex quibus locis quoque colligas in annuntiatione festi Jubilaei earum buccinarum clangorem fuisse auditum.

§. 21. Per illa itaque **אכרי ספר** aut multum animi fallor, aut **E V A N G E L I I** per orbem praedicandi sermo intelligendus est. Quid enim pulchrius, quid suavius, quid θεορητικus atque acceptum magis atque desiderandum accidere potest perditio atque adficiissimo humano generi, quam si ejus aures ejuscemodi mulceantur sermonibus, qui venisse in mundum mundi Sospitorem & consummatum per passiones, omnibus ipsi obedientibus factam esse salutis causam, adeoque placatum summum judicem, justitiam seculorum adductam, peccati chirographum deletum, seminis serpentini caput contritum, maledictionem legis sublatam, effractas inferorum portas, fores coelorum apertas, pacem, libertatem, lucem, vitam, gratiam & felicitatem aeternam instauratas esse nuntiarent? Hoc sane divinorum Poëtarum carmen tale est:

Quale sopor fessis in gramine, quale per aestum

Dulcis aquae saliente stilum resinguere rivo.

Haec sane sunt **דברים טובים** BONĀ VERBA, PI. XLV. 2. Hi sunt λόγοι ὑγιαινοντες 1. Tim. VI. 3. & παντὸς αἰπερχούσης ἀξιοῦ 1. Tim. I. 15. Et hic exclamare licet: Quam **PVLCHRI** sunt super montes pedes bonum nuntium afferentium, promulgantium pacem, nuntiantium **BONVM**, prædicantium salutem, dicentium **Sioni**, Deus tuus regnat. Conf. El. XL. 9. LXI. 1, 3. Verbo; his verbis pulchris nihil indicatur aliud, quam doctrina à Christo ejusque ministris promulganda, quam ipse vocavit **ΕΤΑΓΓΕΛΙΟΝ** Matth. XI. 5. Marc. XIV. 9. quaeque alibi vocatur λόγος της αληθείας της ἐυαγγελίου Col. I. 5. Ευαγγελεῖον της δόξης της μακαρείας Θεοῦ 1. Tim. I. 11. της εὐηγγέλου Eph. VI. 15. της χαρτογραφίας της Θεοῦ Act. XX. 24. της σωτηρίας. Eph. I. 13, i.e. pacis, gratiae, salutis, quibus rebus optabilius nihil in mundo datur, quaeque operā των ἁγίων της σωτηρίας, qua phrasι utitur Nearchus apud Arrian. de rebus Indicis cap. 35. ubique erant nuntiandae.

§. 22. Porro animadverto eam heic vocem occurgere, quae plane convenit cum ea qua buccina significatur, nihilque esse vulgarius, quam ut evangelii præconium cum buccinae sono

(כָּל שֶׁבַר) componatur. Immo in omnibus illis occasionibus in quibus aliquis olim ^{טוֹב} שׁוֹפְרוֹת occurrit usus, v. gr. in legis datione, in convocando populo, in indicendis bellis, in festis tabernaculorum, ^{רְגָנִינָה}; diei expiationis, in promulgatione jubilaei in Hierichuntis obfitione, res ad Oeconomiam N. T. pertinentes respiciebantur, tumque auditus clangor emblema erat illius vocis, quae ex ore Evangelistarum & Apostolorum per orbem terrarum longe lateque personatura erat. (a)

S. 23. Accedit quod crebro Evangelii doctrina vocetur vel שֶׁבַר Quod ex Psalmis manifestum est, qui temporibus N. T. respiciunt. Vid. Ps. XXXIII. 3. XLVII. 6. XCVIII. 6. CL. 3. & praeincipi LXXXIX. 16. & adde Zach. IX. 14. Uti & alias ea tribuitur verbi divini praeconibus E. LVIII. 1. Jer. VI. 17. Hos. VIII. 1. & de voce Evangelii contra Babelem mysticam ultimis temporibus audienda E. XXVII. 13. Jer. LI. 27. eadem adhibetur locutio. Itaque non solum tubis illis, quarum frequens in sacris Judaeorum occurrit mentio adumbratum fuit, sed & ^{וְיַחֲזֵקְיָהוּ} illo, ^{וְיַחֲזֵקְיָהוּ} Φεραύνης προνόμιοι βιαζεται, qui audiebatur die illo illustri Pentecostes, quo Apostoli εκπρεπείας congregati erant. A. Et. II. 2. Sōnum enim ^{εὐλόγιος}, sive ^{שְׁמָרָה} dici ^{υχέων} demonstrabitur alio à nobis loco. Saltim ita id intellexit, egregieque tubam hanc Evangelii descriptis vetustis auctor anonymous in hymno de missione Spiritus S. quem primò adversariorum suorum L. I. c. 3. vulgavit Barthius:

Haec IVBA profecta de Sion magnalibus
Orbem replevit Messiae,
Qua sol relicto vespere auroram refert,
Et mane mutat vespere.
Hic audietur regna per mundi sonus,
Christumque dicent Cardines.
Septentrione nil sub algido latet,
Nil austro humandum premit,
Quod non, ad hujus classicum vocis frequens
Adoret in monte Israel.

Neque

(a) Vide de hac re amicorum meorum & praefantissimorum juxta Theologorum ^{עֲמָדָה} Joh. D^o Outreinum, nunc coelitus adscriptum in libro de Clavigere Evangelii, & Lampium in Ps. XLV. Exerc. I, p. 27. 24.

Neque id denique plane negligendum puto vocem בְּשָׁרֶשׁ parum distare à בָּשָׁר, quo passim Evangelium insigniri, nemo est qui nesciat, transpositis tantum paululum literis, & בָּשָׁר in cognatam cogito apud animum meum, in ea non parum confirmor sententia, per אַכְרֵי שָׁפֵר intelligi ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ, & שְׁלׂוֹחִים נָתְנָהָר אַכְרֵי שָׁפֵר esse Apostolos & Evangelistas.

§. 24. His nunc probe notatis, quid hoc vaticinio à sanctissimo Patriarcha indicatum ac praedictum fuerit, manifestum est. Nos ea sequentibus includemus μελουματαν (N) Ex tribu Naphtali orientar Apostoli, vel scilicet Apostoli patriam sortientur regio nem quae tribus est Naphtalitiae. (2) Illi, cum alias ob causas, tum praecipue ob celerem praedicationis cursum similes erunt Cervae. (3) Ablegabuntur illi, atque ab illa MISSIONE nascientur nomen suum. (4) Idque eum in finem ut praedicent EUANGELIVM. Hacc autem omnia & singula implementum suum adcurate nacta es se, id nunc sequenti capite efficiendum est, ut intelligatur.

CAP. II.

In quo implementum vaticinii Jacobaei exhibetur.

Argumentum.

Dicenda. (A) Termimi tribus Naphthalitiae ponuntur. Attingit illa littus maris Galileae, non tribus Zabulon, quod ostenditur. §. 1. (a) Ex loco Joh. XIX. 33. §. 2. (b) Ex Jos. XIX. 35. Cinnereth an Tiberias, an Rakkath? Chamath est Ammaus. §. 3. Ex (c) Iudeorum confessione. §. 4. Ex loco (d) Deut. XXIII. 27. qui illustratur. §. 5. Occurritur objectioni. §. 6. (B) Urbes quae Apostolos vel penetrerunt vel aluerunt, sitae fuere in portione Naphtali. Quod (a) ostenditur de BETHSAIDA, idque contra Lightfooton. Duplex fuit hujus nominis urbs. §. 7. Non stram sitam fuisse cis Jordani pluribus argumentis evincitur. §. 8. Occurritur objectioni ex Joh. VI. 1. coll. Luc. IX. 10. Quibus locis ut & Marc. VI. 33. 45. Matth. XIV. 22. lux affunditur, περπαν, περγαν nota ut ulterius progrederi. §. 9. 10. (B) De CAPERNAVMO, cuius verus situs indagatur. §. 11. Qua ratione illa in confiniis Naphtali & Zabulon sita dici possit. §. 12. (2) De Cana §. 13. Non longe aberat à CAPERNAVMO. Historia reguli Joh. IV. 47. seqq. illustratur. §. 14. Situs ex Josepho ostenditur. §. 15. Haec (C) tres urbes fuere Apostolorum vel patria vel domicilium. Ita BVM

sequitur hanc comprehendisse totum illius lacus latus, qui à Bo-
rea ad austrum extenditur.

§. 4. Praeterea id (2) confirmat communis Judaeorum
traditio. Ita scribunt in Gemara Bavakama fol. 81. col. 2. **תְּכִיָּה** רַבֵּן וְמֵה שֶׁל טְבִירָה בְּחַלְקָן שֶׁל נְפָתְלִי דָּרָה. Tradiderunt Doctores
nostris, mare Tiberiadis in portione tribus Naphthali fuisse. Vide quae in
hanc rem uberius adducit LIGHTFOOTVS Cent. Chorograph.
in Matth. c. 71. sqq. Atque illud Talmudicorum assertum eo ma-
joris apud nos ponderis esse oportet, quo melius illis in ipsis il-
lis locis, atque adeo in ipsa Tiberiade scribentibus tota res po-
terat esse notior, & quo minus fraudulenter eos in hac re agere
voluisse, ulla adest suipicio. Praesertim cum id quoque testimo-
nio suo corroboret D. Hieronymus, quo nemini Palæstinae, in
qua tam diu versatus fuit, fines magis fuerunt explorati. Ita
enim ille in Comment. ad Ezech. cap. XLVIII. Septa NEPHTHA-
LI in Galilaea usque ad Jordanem, ubi Tiberias, quae olim appellabatur
Chenereth. Vides terminos Naphthali ad Tiberiadem adeoque ad
fines lacus Galilaei, qui in Jordanem illabitur, dilatatos fuisse.

§. 5. Denique (7) accedit ipsa sacrarum literarum auto-
ritas, quando Deut. XXXIII. 23. Moses possessionem tribus Naph-
thali fore praedicit id est, Jam, Mare, videlicet lacum
(a) Galilaeae vel Gennesareth. Mare enim Mediterraneum in-
telligi nequit, quod illud Aseriticam terram contingebat. Prae-
ter mare quoque possidebit **דָּרוֹם**, hoc est, AVSTRVM. Cujus
loci vexati & variis explicationibus contorti hunc puto esse sen-
sum, ut innuatur Naphthaliticam regionem contenturam ample-
xu suo austrum, hoc est, extremos maris Tiberiados fines, qua illud
extenditur ad austrum, adeoque occidentalem omnem stagni il-
lius ripam fore terminum portionis Naphthalitarum. Ita ut &
nunc facile careamus conjectura doctissimi viri, qui locum emen-
dandum putat, & loco **מִם וּמִרְמָה** Jam Vedaron legendum vult **מִם**
מִרְמָה Jam Merom, ut indicetur lacus ille, Merom dictus, qui agros
Naphthalitarum alluit, & alias Samochonites dicebatur.

Non tali auxilio, nec defensoribus iisis
Res eget.

(a) Lacus nomine marium vocari ostendit Rel. in Palæst. L. L. c. 33,

§. 6. Unicum, quod contra hanc sententiam, qua omne littus occidentale lacus Tiberiadis ad tribum Naphthali pertinuisse credo, moveri posset, & à solertissimo terra sanctae descriptore A. RELANDO motum fuit, hoc est, quod urbs Capernaum ad sita fuerit litoris ejus lacus, ea autem fuerit sita in confiniis tribuum Zabulon & Naphthali, adeoque ad austrum habuerit Zabulon, neque ita Naphthali totam attingere potuerit ripam illius λιμνής Τιβεριαδοῦ. Sed facilis est responsio, si dicamus Naphthali possedisse quidem urbes adjacentes litoris maris, sed tractu tam angusto, ut haud longe disti agri pertinuerint ad Zabulonitidem, & ita Capernaum potuit dici in confiniis sita Naphthali & Zabulon, quod in extremis sita esset Naphthali, & Zabulonei adjaceret non ad meridiem, sed ad occidentem. Quam rem ut capias eo prōnius, considera sodes tabulam chorographicam, quae ex Lightfooto deponita praemissa est Antiquitatibus S. Relandi, & res tibi ob oculos liquido versabitur. Pluram huc facientia monebuntur deinceps §. II. 12.

§. 7. In hac itaque quam determinavimus Naphthalitides, in quibus Apostolos habitasse statim videbitur, fuerunt sitae, id quod nunc (B) secundo loco ostendendum est. BETHSAIDAM quod adtinet, communis adhuc fere omnium & inveterata sententia fuit, eam pertinuisse ad Galilaeam, adeoque ad latus supernaumo docet Epiphanius L. II. adversus haereses p. 437. *μάκρου διτον των ποταμών τεταύ τῷ διασημαντικῷ*. Primus, quod sciām fuit veram locorum illorum, quibus ille id aetatis praefuit, positio L. XVIII. c. 13. eam in inferiori Gaulonide (*ἐν τῇ κατω Γαυλωνίᾳ*) adeoque in regione trans Jordanem collocet, & à Juliā Caesaris filia nomen Juliadis per Philippum Tetrarcham adeptam commemorat. Quod si haec ita se habent, non potuit esse urbs Galilee.

(a) Vide Lightfoot. T. II. opp. p. m. 235. & 329, & in posthumis p. 71. Ipse tamen a se differentit. Nam Opp. T. I. p. 398. fateatur Bethsaidam vel in tribu Naphthali, vel Galileam ab ea non procul fuisse sitam.

(24)

Galilaeae, quae cis Jordanem erat collocata, Christophorus
CELLARIUS hinc quaestionem hanc, num scilicet illa Bethsai-
da quae Julias dicta est, sit Apostolorum patria, vocat *ex difficil-*
limis, quae in sacra Geographia moveri possunt, & re utramque in par-
tem disputata, lectorem incertiorem paene relinquit, quam fue-
rat dudum. RELANDVS ut hanc difficultatem tollat, eam in-
gressus est opinionem, duas ad lacum Gennesariticum Bethsai-
das ponendas, quarum altera cis mare Galilaeae, altera trans il-
lud fuerit sita. Hanc esse Juliada Josephi in Gaulonitide, illam,
cujus toties in sacro N. T. codice fit mentio. Recte autem id fie-
ri, saltim hanc esse, quae domicilium praebuit Christi legatis, se-
quentibus adducor argumentis, ut credam.

§. 8. Primo (1) Bethsaida diserte dicitur ἡ Γαλιλαίας Joh.
XII. 21. & Apostoli quorum tertia pars erat ex Bethsaida oriun-
da, per saepe dicuntur Galilaei. Unde confidere licet Bethsai-
dam cis Jordanem esse querendam, nisi Galilaeam regionem
quae trans Jordanem erat, etiam complexam fuisse velis statue-
re. Id quod & sacrī literis & omni traditioni aperte repugnat.
Porro (2) Apostoli vixere sub ditione Herodis Antipae, si autem
fuisserent nati in Bethsaida, ad latus sita maris orientalis, subditi
fuisserent Philippi ad quem pertinebat Gaulonitis, non Herodis,
qui praeerat Galilaeae. Praeterea (3) illa Josepho memorata
Bethsaida illud nomen jam amiserat superstite Augusto & viven-
te adhuc Christo, illudque in nomen Juliadis commutaverat.
Haud dubie autem illa eum in modum fuisse ab Evangelistis ad-
pellata, sicut Tiberias, cui olim Kinnereth vel Rakkath dictae
a Tiberio ea tempestate nomen inditum erat, eo quoque fuit à
sacrī Scriptoribus insignita. Denique (4) accedit suffragium o-
mnium veterum & recentioris aetatis scriptorum praecipue ἀδο-
μεικῶν, quos mihi quidem lustrare licuit, licuit autem non pau-
cos, qui Bethsaidam ignobilem faciunt & paucissimis tuguriolis
constantem vicum ad latus situm maris Gennesarethici occiden-
tale, quorum adeo conspirans & conflatus consensus in tali re-
haud temere negligi debet.

§. 9. Si quis objiciat Christum, cum trajecisset πέργατης Θα-
σάς της Γαλιλαίας της Τιβεριαδός, ut legimus Joh. VI. 1. pervenisse
ēig

εἰς τὸν ἰχνον πλεύει κακημένον Βηθσάδα, ut legimus Luc. IX. 10. adeoque Bethsaida ad alteram lacus illius ripam fuisse sitam, is meminerit πέργη & voces hinc derivatas, περγατον, περγαν, δια-περγαδη & διαπεργατον non denotare semper talem traectionem, quae fit in locum ε̄ regione & ε̄ diametro oppositum, sed quae fit in ulteriorem regionis tractum. Ita cum Christus dicitur πέργη της Γαλαασης venisse in desertum Bethsaide, inde non sequitur transiisse ad alteram maris ripam illi ε̄ εργανα oppositam. Illu- strabo rem simili. Pone tibi ob oculos mare illud australe (Die Suyder-See) quod Frisia & Westfrisia sive Hollandiam Bo- realem interjacet, anne commode v. gr. quisquam dixerit Hor- na solventem, cum appulerit Edam vel Amstelodamum, ivis- se πέργη της Γαλαασης, quanquam non totum quam latum est, mare posito maris littore visitur. Iter itaque, quod Christus fecit, ita puto apte intelligi posse. Christus Hierosolyma veniens solvit Tiberiade Joh. VI. 1. & navi in ulteriorem maris Galilaeae ripam pervenit in desertum Bethsaide. Luc. VI. 14. Marc. VI. 32. Tum eum sequitur περγη pedibus populus undique confluens, imo eum praevorit. Marc. VI. 33. Ibi miraculo illo cibationis tot millium ad ipsum Bethsaide vicum descendere, Matth. XIV. 22. Marc. VI. 45.

§. 10. Haec autem duo loca probe inter se committenda sunt. Ex eorum enim diligenti collatione clarissime patebit, ire εἰς την πέργην, nihil notare aliud, quam ulterius tantum procedere. Cum enim Christus esset in deserto Bethsaide Luc. IX. 10. jubet discipulos suos ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προσγειν ἀυτὸν ΕΙΣ ΤΟ ΠΕΡΑΝ, εἰς ἡ ξοταλον της ὁχλης, quae verba sunt Matth. XIV. 22. Isdem utitur Marcus nisi quod addat ΕΙΣ ΤΟ ΠΕΡΑΝ ΠΡΟΣ ΒΗΘΣΑΙΔΑΝ. Cum itaque ex deserto Bethsaide, Bethsaidam pervenientes di- cuntur tamen προσγειν εἰς την πέργην, vides phrasin hanc adhiberi posse, quamvis de itinere sermo sit in locum ad eandem ripam situm. Nisi malles statuere, quod prorsus ἀπροσδιονυσον foret, de- sertum Bethsaide situm fuisse cis mare Galilaeae, at ipsam urbem Bethsaidam trans illud in ripa illa opposita. Sed pergamus & se- D T R E J O I M A D Y qua-

quamur Christum. Cum discesserant discipuli, Christus seorsim precatum abit Matth. XIV. 23. Marc. VI. 46. deinde quarta noctis vigilia Christus pedibus in mari obviam it discipulis in magno discrimine ob tempestatem vehementem, quae eos obruerat, versantibus Matth. XIV. 24 — 32. Marc. VI. 47 — 53. eosque accedit postquam circiter iter stadiorum XXV. vel triginta remigando dimensi essent. Joh. VI. 19, ubi tandem ad terram appellunt, perveniuntque in regionem Gennesaritidem. Matth. XIV. 34. Marc. VI. 53. & quidem Capernaum, quae urbs in pulcherrimo Gennesaritidis lolo collocata era. Joh. VI. 17. Et ita facile intelligi possunt, quae apud Johannem porro leguntur VI. 22, sed quae pluribus explicare hujus loci non est. Sufficit ex historia Evangelica nihil afferri posse, quod cum sententia nostra adversa fronte pugnet. Quanquam, si ipse situs & finis & limites illius maris nobis plenius essent explorati, dubio procul, plura adferri possent, ad quidquid hic difficultatis est, solvendum. Vide tamen omnino, quae ex Biddulphi popularis sui, *avvntvs* testimonio ipse in alia omnia transiens adduxit Lightfootus in Chorogr. Marco praemissa Opp. T. II. p. 413. Quin itaque tuto concludamus, Bethsaïdam, Apostolorum præcipuarum patriam, positam suisse in Galilaea & quidem ad ripam occidentalem maris Galilaeæ non procul à Capernaumo, quod & ex Matth. XI. 21, haud obscure colligas, adeoque in tribu Naphthalitica. J. Q. E. O. Capere itaque non possum, quid doctissimo viro Samuela BASNAGIO, Flottemanvillaco. (a) in mentem venerit, ut omni auctoritate, quantum memini, destitutus urbem hanc tribui Gad assignaverit, ut si ex patria de tribu Apostolorum Petri, Andreæ, Philippi iudicium fieret, eorum genus à Patriarcha Gad demissum sit concedendum. Id vero nemo sane qui rei adtenderit, viro docto concesserit, neque tam acutum cerno, ut vel qua specie veri id afferri possit perspiciam.

S. II. Procedimus ad alteram urbem CAPERNAVVM, quam ad Naphthalitidem pertinuisse ex eo patet, quod sita fuerit in Galilaea, Luc. IV. 31. & quidem in Gennesaritide, ut clarissime constat ex collatione Matth. XIV. 34. & Marci VI. 53. cum Joh. 22, 24, 25.

(a) V. in Ann. Pol. Eccl. T. I. p. 309.

24, 25. ubi cum Matthaeus & Marcus dicunt Christum venisse
την Γεννησην, Johannes eum Capernaum accessisse testatur.
 Gennelaritis autem erat pars Naphthaliticae tribus docente id
 auctore Aruch in *תְּכַנָּה*. Fuit è portione Naphthali, sicut dicitur. Atq;
 è Naphthali Principes mille. Neque aberat longe à Tiberiade; Ita
 in Aruch describitur קָרְבָּת טְבִירָה, locus propinquus Ti-
 bériadi. Interea apposita erat ripae maris Galilaeac, quod rursus
 colligitur ex Joh. VI. 17. quam Naphthalitarum fuisse jam supra
 §. 2. satis evictum est. Neque longe à Bethsáida erat distata. Ejus
 rei Epiphanius testis est, qui L. II. p. 437. ubi narraverat de Pe-
 tro Bethsáida oriundo, *ευν οὐρανού τε πόντου τε τετράποδον τῷ Διανοματι*, quae loca non longo in-
 tervalle à se distabant. Idque pariter colligitur ex collatione Luc.
 IX. 10. cum Joh. VI. 17. & 24. Denique cis Jordanem fuisse col-
 locatam clarissime liquet, quod fuit *παρθεναλίας ἡ ὁρίς Ζαβύλων*
 καὶ Νεφθαλεῖμ, ipso Mattheao Capernaumita teste. c. IV. v. 13.
 Ita Hieronymus in locis Hebraicis scribit. Capernaum juxta stagnum
 Gennesareth usque hodie oppidum in Galilaea gentium situm in finibus Zabu-
 lon & Nephthalim, hoc est, in ea regione Nephthalitica, quae contermi-
 na est Zabulonitidi, ut loquitur Witius in Δικαφ. c. VI. §. 17.

§. 12. Hoc autem ipsum quod in confiniis Nephthalim &
 Zabulon ponitur, si quispiam existumet, sententiae nostrae ad-
 versari, & ex ea phrasi sequi non fuisse Capernaum totam di-
 visionis Naphthalitarum, is velim ea ponderet, quae supra §. 6.
 monuimus, consideretque, numne sequenti simili res illustrari pos-
 sit luculenter. Si quis patriam hanc nostram Bremam in confi-
 niis Saxonie & Westphaliae, aut Argentoratum in limitibus
 Germaniae ac Galliae sitas esse dicat, illene rei convenienter lo-
 cutus esse censembitur, &, quisquam ex eo inferre posset, non
 Bremam ad Saxoniam, aut Argentinam ad Germaniam pertine-
 re, dictum fuisse? Similem in modum, quando legimus Capernaum
 in confiniis Zabulonis & Naphthali positam fuisse, non negatur
 eam urbem fuisse terrae Nephthaliticae, sed innuitur tantum fuis-
 se sitam in Nephthalitide, ita tamen ut adtingeret tractum Za-
 bulonicum, eo modo quem supra exhibui, vel saltim non lon-
 ge ab eo abesset,

§. 13. Sed pergamus ad tertiam urbem, quam putamus Christi legatis habitandi praebuisse sedem; CANAM scilicet Galilaeam, probe distinguendam ab illis quae tribibus vel Aser vel Ephraim vel Manassis adscribuntur, quamque illud fuisse oppidum, quod miraculo insigni mutatae in vinum aquae nobilitavit Sosipator, existimamus, aliter ac Eusebio & Hieronymo visum fuit. Sunt qui Κανά, quae inter Naphthalitarum urbes, quas Tiglath Puleser Assyria Rex in suam redegisse potestatem narratur 2. Reg. XV. 29. putant esse Κανά. Hoc certius est fuisse urbem Galilaeam, ut dicitur Joh. VI. 46. Et quidem cis Jordanem fuisse sitam, ex ea narratione Josephi in vita sua colligitur, qua p. 1029. narrat Silam castra quinque stadiis ab urbe Juliade, quae Betharampta dicebatur, metatum stationes militum posuisse per vias, quarum altera ducebat Canam, altera Gamalam, ei ad alterum stagni Cinnereth littus oppositam, ut ita ab utroque latere Julianas, quae obsidione premebatur, intercluderetur commeatu, & Cana tam vicina fuerit Juliadi cis flumen, quam Gamala trans illud. Neque longe distabat à Capernaumo, quam modo fortis fuisse Naphthaliticae ostendimus. Id non solum ex Joh. II. 12. ubi Christus se huc Cana contulisse narratur, sed & ex cap. IV. 47. colligas, ubi legimus, vix DOMINVM venisse Canam, quin fama de ejus adventu pervenerit Capernaum, excitaveritque τον βαπτιστον, ut Canam ad Christum advolaret.

§. 14. Scio quidem summum virum Francisc. BVRMAN. NVM F. in harm. Evangelica p. 566. & 567. longius invicem has urbes à se divellere, & saltim horarum XII. intercapidine unam ab altera separatam fuisse contendere. Non autem tantam eorum distantiam fuisse sine ulla dubitatione, patet ex eo, quod tota longitudine maris Galilaeae fuit tantum circiter sex vel septem horarum; Capernaum in medio circiter littore visebatur, ad austrum ejus adhuc sitis Bethsaida, Tarihaea, Tiberiade. Cana etiam à Juliade, i. e. quae maxime ad septentrionem vergit, adhuc quinque stadiis aberat, ut ex Josepho audivimus, unde non multum ultra quatuor horas distare potuit Capernaumo. Sed audiamus, quos calculos ponat Vir Cl. Aulicus ille, inquit, ex Joh. IV. ejusque servi illud iter eodem tempore instituerunt, hora se-
ptima

ptima, i.e. prima nostra pomeridiana, altera autem die vs. 50—
52. sibi obviam fiunt. Hinc colligit saltim utrosque sex horas
singulis diebus impendisse itineri, adeoque duodecim horarum
spatium iis fuisse emerendum, quibus Cana disjuncta fuerit à
Capernaumo. Sed nescio num haec tam adcurate exputata sint,
ut omnem exceptionem respuant. Quis enim edixit nobis, Re-
gulum illum confessum, posteaquam cum Christo sermones mi-
scuerat, se commisso viae? Delassatus erat dubio procul festi-
no itinere, quod eople die Capernaumo proficilens Canam e-
mensus erat. Neque festinatione tanta opus erat, cum salva
omnia, filiumque cum valerudine rediisse in gratiam ex ore Do-
mini perceperisset. Nullum erat in mora periculum. Neque ve-
ro simile est in ipso meridie, fervente solis cum maxime aestu, re-
ditum ad suos molitum esse. Quietè itaque usum, & cibo refo-
cillavisse corpus sit probabile. Quin & negotia potuerunt esse
in vicina urbe, quae ante discessum erant expediunda. Adve-
sperascente itaque coelo in viam se dedit; Idque ut, videtur, non tu-
multuarie festinans, verum animo tranquillo ac pacato ita iter dirigens, ut
die demum sequenti occurreret servis obviam venientibus, quae verba sunt
praestantissimi nuperi interpres. Neque opus est, ut ponamus
servos quoque illius viri hora septimā, quae prima est à meridie,
ubi melius se herilem filium habere animadvertissem, id illi nun-
tiatum drepente properasse. Expectandum enim iis procul du-
bio fuit, donec morbum plane depulsum esse & profliga-
tum certiores essent facti. Potuerunt itaque altero die sub foliis
exortum se viae committere, ubi herus qui nocturno tem-
pore quieti se dederat, iis obviam factus est. Et sic Cana qua-
non necesse sit duodecim horarum spatium illarum urbium inter-
vallo adsignare.

f. 16. Adeuratus adhuc situm illius urbis ex Josepho ra-
tionibus optime subductis collegit C. CELLARIUS Geogr. L. III.
c. II. Narrat enim Josephus cum in vico Canae esset, nuntiusque
adserretur de Tiberiensibus ad seditionem sollicitatis cum ducen-
tis militibus hinc profectum, itinereque di' dans ms. vult@ facto
primo mane pervenisse Tiberiada. Tantum igitur distabat Cana
à Tibe-

¶ Tiberiade, quantum itineris tot milites una nocte solent confere, quod non erit ultra quinque aut sex horarum spatium. Jam cum Tiberias Capernaumo distaret stadiis saltem sexaginta, adeoque plus dimidio spatio, quod longitudo lacus Gennesariti ci esset stadiorum vel CXX, vel CXL. & Capernaum è Tiberia de Canan proficiscientibus vel transmittenda, vel à latere dextro relinquenda esset, vides Capernaum à Cana non ultra quatuor, idque ad summum, potuisse distare horarum dimensionibus. Ut itaque horum locorum situm cognoscas, vide illam maris Gennesaritici descriptionem aere expressam apud Lightfootum Opp. T. II. p. 412. Prope terminum australem illius lacus, qui & terminus fuit terrae Naphthalitiae, invenies Chamath, ubi utraque Jordanis ripa ponte jungebatur, haud longe ab illa Tiberiadem, inde post coniectam XXX. stadiorum viam peruenies Tarichaeam; huc oras lacus legens Bethsaïdam adtinges, hinc post triginta stadiorum intervallum Gennesaritidem transmittens invenies Capernaum & deinde Chorazin, hinc ad Septentrionem perge, & paululum deflectens ad tribum Aseriticam occurret Cana, à qua non longe Iulias absuit, qua mari Gennesaritico immittetur Jordanus. Quibus omnibus probe consideratis dubitare vix potes, quin illae memoratae tres urbes fuerint ditionis Nephthalitiae. J. Q. E. O.

§. 16. Atque haec sunt, quae Apostolorum multo maximam partem, si non generunt, aluerunt tamen, id quod porro (C) nunc confirmandum est. BETHSAIDAM quod adtinet, illa di- ferte vocatur ΠΟΛΙΣ ΑΝΔΡΕΩΤ ΚΑΙ ΠΕΤΡΟΥ Joh. I. 45. utpote quos propter littus maris Galilaeae capiendis piscibus intentos ad se arcenavit Christus Matth. IV. 18. Unde recte Scriptor Anonymus in comm. de S. Petro ex Codice Mstr. Florentino inserto T. V. Sanctorum mensis Junii Πέτρος ὥκει την Γαλιλαίαν. Πάτρις δέ επών ΒΗΘΣΑΙΔΑ. Neque minus clare id de Philippo constat, quem rursus Johannes citato loco vocat τὸν Ἰωάννην ΒΗΘΣΑΙΔΑ, εἰπε της πόλεως Ανδρεών καὶ Πέτρου, & rursus τὸν Ἰωάννην ΒΗΘΣΑΙΔΑ της Γαλιλαίας Joh. XII. 21. unde & Epiphanius adv. Haeret. L. II. p. 436. eum vocat Pe- tri συσκηνον καὶ οἰκοχωρῶν contubernalem & populariem.

§. 17. Adjungere his licet, quos Christus inter electos suos

suos electos esse voluit, JACOBVM sc. & JOHANNEM ejus fratrem, Zebedaei filios. Illos Petri fuisse populares, haud obscure colligitur, tum quod in eodem terrae tractu in quo ille piscibus irretiendis operam dabat, ad littus maris Gennefarethici eos sibi adscivit Iesus, quod ex Matth. IV. 21, 22. & Luc. VI. 1—12. dicimus, tum quod societatem mutuam laboris iniverunt, unde hi vocantur μετωχοι και ποιωνοτο τη Σιμωνι, Luc. V. 7, 10. id quod à diversarum urbium incolis fieri haud facile solet. Saltim cum in ἀγρη τη Τιβεριαδῃ piscaturi operam navantes suam sint inventi, haec autem tribus erat Naphthaliticae, facile illos quoque Naphthalitas fuisse colligendum est. Unde & hi quinque Petrus, ANDREAS, JACOBUS, JOANNES, PHILIPPUS in laterculis Apostolorum apud Matth. X. 2, 3. & Marc. III. 16, 17, 18. ut & Luc. VI. 14, 15. semper conjunguntur. Unde si non disertis verbis, subobscure tamen id docet Evangelium, id confirmante Athanasio in Catena Patr. T. II. p. 365. καὶ ἐπι μεν Ζαβελων και Νεφαλειμη Πετρος και Ανδρεας και Ιακωβος και Ιωαννης, καθως τη Ευαγγελιου δηλοι. Atque ex Zabulon quidem ο Naphthalim erant PETRVS & ANDREAS, & JACOBVS & JOANNES (adde & PHILIPPVS) ut Evangelium declarat. JOANNEM sane fuisse Bethsaidensem omnium fere Patrum confirmat suffragatio. Ipsi Chrysostomo, qui in Hom. I. in Joannem dixerat nomen patriae illius ignotum esse, dicitur tamen deinde. ο ΑΠΟ ΒΕΘΣΑΙΔΑ, ο ζεβεδαιος των. Vir Πολυφιλοτος, qui nuper licet dicat incertum esse, num Zebedaeus, horum Pater, fuerit Bethsaidensis, fatetur tamen, sibi non esse argumenta ad manus, qui vulgatam banc opinionem impugnet. Cum igitur Philosophorum παιδes nos doceant, unamquamque rem in statu suo debere manuē immotam, donec à fortiori deturbetur, vulgarem hanc opinionem tamdiu tuebimur, donec rationes exhibeantur, quibus ab ea discedendum esse evincatur.

§. 18. Habet itaque integrum πνηπδα apostolorum BETHSAIDENSIVM; nunc πτερος Cananorum sive ex CANA, quae pariter oppidum Naphthalitidis erat, oriundorum tibi sistemus. Talis certe erat SIMON, qui à Matth. c. X. v. 4. & Marc. c. III. v. 18. ε Κανανης, vel ut quidam codices habent Κανανητος vel Κα-

νανητος,

vavau vocatur. Non quidem nescius sum, aliter visum esse viris quibusdam summis, qui vocem illam non esse πατέρων μικρών existimant, sed deducendam à ΖΕΛΟΥ vel ΖΕΛΟΥ, hoc est *Zelus*, quasi dictus fuerit ΙΝΖ Ζηλωτης, quod ei nomen quoque tribuitur Luc. VI. 15. Act. I. 13, ita ut sit Ebraici vocabuli expositio, sicut Petrus vocis Cephae. Sed cur huic sententiae adiungere nequeam, non unis factum est rationibus. Nam primo, si id ei nominis adhaesit à *Zelo*, dicendum potius eset *Kavau* vel *Kavaui*, cum Ebraeis ΝΙΖ (v. gr. Jof. XXIV. 19.) vel ΝΙΖ (Exod. XX. 5.) notet Ζηλωτην, uti etiam interpretari sunt LXX. Interpretes. Non autem appellari potuisse *Kavau* vel *Kavaui*, cuius vocis terminationem esse gentilem norunt, qui Graece norunt.

§. 19. Porro nulla dari potest sufficiens & apta ratio, cur à *Zelo* ei inditum fuerit nomen. Si enim cum quibusdam id factum dicere velis, ab insigni, quo erga Dominum incaluit, *Zelo*, de eo in sacris nihil omnino legitur. Quin ea ratione à Simone Petro non potuisse distingui, (à quo tamen ut distingueretur, id ei nominis adhaesit) quod hic unicus sit, cuius *Zelum* imprimis commemorant scriptriores. Sin autem cum aliis, quorum agmen dicit Ill. Scaliger in trih. c. i. qui certum putat ordinem fuisse Zelotarum, *sancimoniae vitae ac observationi leges deditum*, ex quo ad Christi discipulatum transierit Simon Cananaeus, ab illo ordine appellationem suam nactum esse mavelis, notandum, talis ordinis nullum extare apud Judaicos scriptrores vestigium. Neque, quod visum est nonnullis, in Zelotarum referendus est classem, qui Hierosolymis olim tot turbas tragediasque excitaverunt. Illorum enim post demum Servatoris tempora, neque diu ante πατέρες εἰς τὴν urbem memoria existit. His argumentis addo tertium, quod liceat verbis celeberrimi Annalium Politico-Ecclesiastico-rum conditoris Sam. Basnagii exponere. Ita ille T. I. p. 309. Si Graeca dictio Zelotes expositio sit Hebrei nominis Cananaeus, quanam de causa non Matthaeus modo, sed Marcus etiam vocem adhibuerunt Hebreis significando Simonis Zelo? An Graecis scribentibus Graecum nomen deficiebat, ut peregrinum & solis Hebreae linguae peritis notum usurparerent. Quidam non fecerit ac Lucas, Simonem Zelotae appellatione designabat? His accedit, quod Marco Matthaeoque solempne est, vobina Ebraea, quae adhi-

38 (33) 39

adbibuere; Graece vertere, ne lectoribus essent impedimento. Sic Talithā
Kumi, Abba, Emanuel, eli, eli, lamma fabachtani. Matthaeus
¶ Marcus Graece reddunt. Proindeque more suo, Graecam ¶ ex-
plicationem adjunxit voci Ebraicae, Simon κανανίτης ο Ζηλωτής, Simon
Cananites, hoc est, Zelotes. Haec Basnagius.

s. 20. Ex quibus cum constare putem non ab Ebraica vo-
ce ΝΠ, quatenus illa Zelum significat, Apostoli hujus cognomen
esse natum, nihil restat, quam ut ιδηκον illud esse & à solo natali
petendum cum Hieronymo asseramus. Neque enim nunc mo-
ramur eos qui putant dictum quasi χαραχτηρισμόν, ut nota illa mulier
in Evangelio appellata fuit χαραχτηρισμόν, quasi ex regione Canaan o-
riundus fuerit. Sed quod in urbe Galilaeae Canae vel natus, vel
ibi educatus. Imo fors in illa nuptias fecit. Si enim Nicephoro, qui
capropter praeferas atque aequum Casaubono atque aliis vapu-
lat, credimus & Graecorum menaeis, qui diem decimum Junii
Simonis hujus, quem tamen perperam cum Nathaneele confundunt,
memoriae consecrarent, hic fuit sponsus in illis nuptiis
Canenibus, quas sua & praesentia & miraculo primo condecora-
vit Salvator: Immo parum abest, quin pedibus eam in senten-
tiam Lightfooti, qui in aedibus Alphaei, Simonis hujus Patris,
nuptias illas celebratas esse conjectit, idque valde probabilem in
modum. Cum autem ille etiam Ζηλωτής vocatus est, id putem per
meram factum esse allusionem, ob vicinitatem nominis, quae patriae
ejus Canae intercedit cum Ebraeorum ΝΠ. Ita ut solidam paene di-
xerim conjecturam Maldonati, quam habet in Matth. c. 10. quam-
vis illam vir quidam doctus vanam appellare non dubitaverit.
Credo propterea, quod ex oppido Cana esset, aut Cananatum dictum esse,
¶ quia idem ruris Zelo seruebat, facta ad significationem nominis allusio-
ne Zelotem appellatum, quemadmodum si quis Simon Valentinae natus vir
fortis esset, ¶ Valentinus gentili forma, ¶ Valens à fortitudine sed per
allusionem ad nomen urbis suae vocaretur. Quod si autem queraris, cur
hic solus ex Apostolis à patria denominetur, causa in promptu
est. Ut videlicet distingueretur eo commodius à οὐρεγγά suo, si-
bi οὐρουμ Petro, Bethsaidensi. Cui fortassis & illud adjungi de-
bet, quod hoc cognomine memoria nobis refricari debuit insi-
gnis illius miraculi, quo ejus nuptiae cohonestatae fuerunt. Cum

E

itaque

547 8

itaque esset oriundus Cana, ea autem pertineret, ut supra §. 13,
14, 15. evictum est, ad Naphthaliticam regionem, pater fuisse Naph-
thalitam. Id quod & jam olim observavit Theodoretus, cuius in
comm. ad PL. LXVIII. v. 28. haec verba sunt: Σιραν ὁ Ζηλωτης,
Καρανης αινοραστος. Ταυτος δε παντας Κυρια της Γαλιλαιας εστι, Ζαθεναν
δε και ΝΕΦΘΑΛΕΙΜ επενον ειχον τον κληρον.

§. 21. Atque his probe animadversis idem quoque statuen-
dum esse de IUDA Thaddaeo dicto & Αεθθαιος, quem non alium
esse a Levi, a telonio per Christum accersito pluribus singulari
schediasmate, quod in Bibliotheca nostra Cl. V. Fase. III. diss. 6.
comparat, ostendimus, apparebit. Fuit enim ille Simonis Fra-
ter, filius Alphaei, sive Cleophae. Ita Λευις vocatur ο της ΑΛΦΑΩΣ
Marc. II. 14. Adeoque matrem habuit Mariam illam, sororem
matris Domini, quae vocatur Maria τη ΚΛΕΟΦΩ Joh. XIX. 25. Fra-
tres autem ejus fuere & Jacobus, qui dicitur minor, & Ioses, & Si-
mon noster, qui simul άδελφοι της Κυρια dicuntur, quod ejus essent
consobrini, atque ex duabus nati sororibus. (a) Patet hoc ex
sciscitatione Iudeorum Matth. XIII. 55, & Marc. VI. 3. Anne fratres
ejus sunt JACOBVS & JOSES & SIMON, & quod probe observa,
JVDAS, qui non diversus esse potest a Iuda Thaddaeo. Unde
etiam factum est, ut veluti in hoc loco, ita etiam passim, quando
catalogus Apostolorum contexitur, soleant copulari. Sic e. gr.
Matth. X. 2, 3, 4. ubi Petrus & Andreas, Jacobus & Johannes Zebe-
daei filii conjunguntur, quod fratres essent, ita eodem quoque
nomine Jacobus Alphaei, & Lebbaeus, i. e. Judas, & Simon Cana-
nites adsificantur. Idem fieri legimus apud Lucam VI. 15. ubi
cum Judas dicitur της Ιακωβου, id non ita intelligendum est, ut Lu-
therus aliquique intellexerunt, quasi Jacobi fuerit filius, sed frater.
Judas itaque simul fuit Simonis Cananaei frater.

§. 22. Quod cum cogito, videor mihi deprehendere ori-
ginem errorum aliquot, qui in veterum scripta irrepserunt. Pri-
mus

(a) Mirari subit, quomodo illustri Scaligero ad verba Hegesippi, quibus meminuit
Ιουδα της καταστασης λεγουμενης κυριας οδελφη, in animadv. ad Eusebium. p. 187. ex-
cidere potuit. Mirum ipsis Iudea fratris Domini Evangelistas nuspiciam meminisse;
cum tamen id in citatis locis fiat disertissime. Est quoque propterera notatus a Vale-

mus est, quo Judas vocatur ZELOTES. Fit illud in historia apostolica, quae Abdiae nomen prae se fert. L. VI c. 7. Jacobi fratres maiores natu SIMON cognominatus Cananeus, & JVDAS, qui & Thaddaeus & Zelotes. Alter est, quo Judas ille cum Simone nostro perperam confunditur. Fit illud ab Hippolyto in libello de XII. Apostolis, Σιμων ὁ Κανανής, ὁ τε Κλωπός, οὐ καὶ ΙΩΤΑΔΕΣ. Fit à DOROTHEO in Synopsi de Vita Apostol. Fit à Sopbronio vel quisquis autor est appendicis ad librum Hieronymi de viris illustribus. Fit ab autoribus tam laterculi Apostolorum, quem ex Cotelerio exhibui in Bibliotheca T. V. p. 505. quam Chronicus Alexandrinus. Immo ex recentioribus hos secutus est Florentinius in notis ad martyrologium, quod dicitur Hieronymi. Fontem erroris hunc mihi video in indagasse. Simon dicebatur à patria Cananites. Frater ejus erat Judas, quem pariter Cana protulit. Unde & ille potuit Cananites appellari. Certe in variis lectionibus à Marchione Valesio collectis, quas adversariorum S. capite XCI. exhibit Ludovicus de la Cerda, loco Δεββαὶ ὁ ἵππηνος Θαδδαῖος apud Matth. X. 4. legitur κανανᾶς. Cum autem hoc vocabulum non abludat ab Ebraeorum ΝΙΠ, quod Zelum significat, dictus quoque Zelotes, & cum id quoque nominis datum est Simoni, Judas cum Simone facile potuit commisceri. Nobis sufficit liquido patere, cum Judas frater fuerit Simonis, oriundi ex Cana, illum quoque fuisse Cananitam. Sicut & simul inde patescit Alphaeum seu Cleopham, illorum Patrem, saltim domicilium fixisse Canae, Jacobum autem hujus Filium, illorum fratrem quoque Canam pariter nactum esse patriam. Id sane credidit auctor, quisquis ille sit, historiae apostolicae, quae Abdiae dicitur. Ita enim ille in limine libri sexti. SIMON Chananaeus cognomine, ac JVDAS, qui & Thaddaeus, & JACOBVS, quem fratrem Domini appellant, fratres Germani fuerunt ex Cana Galilaeae oriundi parentibus Alphaeo, & Maria Cleophae filia.

§. 23. Atque ita una fidelia duos, quod ajunt dealbavimus parietes, hoc est, dum Judam vindicavimus Naphthalitidi, hanc quoque Judae fratris, JACOBI Alphaei, s. minoris, το Θεοδέλφος & justi dicti, fuisse patriam, assertum esse vides. Neque enim solum Cananitam fuisse, cum Judae Cananitae frater fuit, perspicuum



est, sed & hoc ex Talmude nos edoceri existimo. Fit enim ibi
 אחר תַּלְמָדִי וְשׁוֹ הַנְּצָרִי וַיְקֻופֵּב אִישׁ כֶּפֶר סְכִינָה שְׁמַת
Unius ex discipulis Iesu Nazareni, cuius nomen erat Jacobus, oriundus ex
 vico Secanja. Vide Talm. Babyl. Av. Sara c. 1. f. 17. 1. & Tosaph.
 in fol. 27. 2. coll. Hieros. Av. S. c. 2. fol. 40. col. 4. & c. 14.
 fol. 14. col. 4. Idem commemoratur in Midras Coheleth fol. 89.
 col. 3. & in Sanh. c. VI. fol. 23. col. 2. citatque ea Talmudis loca
 R. Abraham Perizol in libro adhuc inedito, cui titulum fecit זְהָבָה
 אַבְרָהָם cap. 59. Vix dubitari posse existimo per illum Secha-
 niensem innui Jacobum venerandi Servatoris nostri confabri-
 num, idque à viris doctis (a) comprobatum est dudum. Sed
 quis ille *Vicus Secanja* fuerit, id à nemine deprehendi
 indagatum. Neque illius alibi, vel in sacris vel *תְּבוּנָה* Scripto-
 ribus fit commemoratio. Sed qui animum adverterit, videbit
 illlico, illum esse Galilaeae vicum CANA. Nihil enim accessit
 aliud nisi literula praefixa ס vel quae ejusdem cum illa sere soni
 est, milliesque permutatur ש. Apud Syros Scriptoresque Rab-
 binos illa nominibus praemittitur saepissime, ut patet ex vocibus
 קָרְבָּלָה pro סְכִינָה caligo, סְנָגָן granum à גְּרָגָר, & סְגָלָן rotun-
 dum pro גְּלָל, ut & sexcentis aliis.

§. 24. Huic itaque voci idem accidit, quod voci Iscario-
 tes, quae data est appellatio alii Apostolorum JVDAE, Christi
 Proditori. Vocabatur enim ille ita, (b) i. e. Hebraice
 איש קָרְיָהוֹת Vir ex urbe (Judea) Carioth, sive Χαριώτ, ut Codex habet
 Cantabrigiensis, qui olim Theodori Bezae fuit, sive Cariothen-
 sis. Syrus autem habet γένοντες. Uti & vetustissimus N. T.
 codex Cantabrigiensis apud Matthaeum, Marcum & Lucam

Ο Σκά-

(a) Vide de hoc Jacobo à Judaeis memorato Cocceji Ultima Mosis. §. 1103. Buxtorf. in
 Lex. in voce קָרְבָּלָה p. 1080. G. El. Edzardum in notis ad Av. Sara p. 299. lqq. Ch. Nol-
 dii Hist. Idem. p. 644.

(b) Lightfootus nomen illius derivat à voce נִסְכָּרְתִּיא, quod & סְכִינָה scri-
 bitur, quae ut in Gemara explicatur, nota praecinctorum. Hoc moneo, ut often-
 dam vocabulum hoc non solum convenire cum latinorum scorte, sed & eandem
 profus esse cum Germanorum Schlüchte & Belgarum nostro Proche Schorte / ita ut
 si eam vocem velis literis Ebraicis scribere, non possis scribere aliter quam סְכִינָה.
 Sed hanc obiter.

¶ Σκαριότης, & plures Vulgati Interpretis antiquos codices habere Scariotes testatur Lucas Brugenlis. Et de duobus verutissimis Latinis codicibus, qui in Bibliotheca Bodleiana sunt, id affirmat Millius. Origenes quoque *metaphys.* L. III. c. 3. vocem ita scribit. Quemadmodum itaque Scariotes scriptum est pro Scariote, ita Secanja pro Canja. Et cum Jacobus à Talmudicis appellatur Secanienfis, indicatur fuisse Canienfis, sive ex vico Cana, quae cum fuerit Naphthalitidos pars, Naphthalitam quoque oportet fuisse Jacobum.

¶ 25. Sed & quartus, qui ex Apostolis Canam hanc agnovit patriam, in promptu nobis est. Is est BARTHOLOMAEVS. Quod ita conficio. NATHANAEL diserte dicitur ē *τοῦ ΚΑΝΑ* *τοῦ Γαλιλαίου* Joh. XXI. 2. Et in illa urbe ad Christum accessit, quod haud obscure colligere licet ex Joh. I. 46 seqq. coll. cap. II. v. 1. Unde etiam à nonnullis veterum creditus est Sponsus fuisse in nuptiis Canenfibus. Hic porro Nathanael non alias fuit à Bartholomaeo, quod vel integris libris à tribus eximiae doctrinae viris Bartholomaeo Gavanto, Johanne Roberti, & Fabricio Pignatello ostensum fuit. Unde manifestum fit, Bartholomaeum quoque Apostolum Cananitem adeoque & Naphthalitam fuisse.

¶ 26. Habemus itaque jam NOVEM ex illa tribu, quibus decimum adjungimus MATTHAЕUM, quem in telonio ad littus maris Tiberiadi sedentem haud procul à Capernaumo Naphthalitiae tribus urbe à Christo vocatum fuisse Apostolum ex ipsius narratione constat. Sive itaque ille natus fuit Caesareae Philippi, ut multis visum est, sive Capernaumi, quod nobis veri vindetur similius, cum utraque urbs in Naphthalitide fuerit conspicienda, neque illa vel veri specie subnixum errorem errat Athanasius in Cat. Patr. T. II. p. 368. quando scribit: *Ez 18th ē Avis ī* *Μαρθας*, *ναὶ ī ἐργοι των δούλων*. Ex Iuda est Levi sive Matthaeus, & reliqui Apostolorum.

¶ 27. Restant tantum duo THOMAS & Judas Servatoris Prodigior. De illius patria nihil nobis certi divinae paginae tradiderunt. Liceat itaque eum in censo referre Naphthalitarum eodem jure, quo fortassis alii ad eum ex eo exturbandum uti volent.

volent. Immo majori cum verisimilitudine. Cum enim omnes
Apostoli dicantur fuerintque Galilaei, cur è numero Galilaeorum expungemus Thomam? Et cum Naphthalitis maximam
& praecipuam Galilaeae partem conficit, nihil est, quo eum,
non Naphthalitam fuisse, possis evincere. Quid? quod cum
in consortio reliquorum Apostolorum Naphthalitarum piscium
capturae intentum invenit Jesus, ἐν της θαλασσης, της Τιβεριαδης,
in ripa maris Tiberiadensis, quod legimus Joh. XXI. 1, 2, quam totam,
quatenus spectabat ad tribum pertinuisse Naphthaliticam su-
pra vidimus, sane plus quam vero fit simile, eum in Naphthalite-
ide, si non genitum, tamen commoratum fuisse. Lightfootus
ad Joh. XX. 24. ex duplice ejus nomine quo & Thomas & Didymus
appellatur, colligit, forsitan natum esse in loco aliquo ubi habita-
bant Ιudei & Graeci, qualis erat regio Decapolitana; Ea conjectura
si vera est, & sic fuit Thomas Naphthalita, cum longe plurima
pars urbium, quae ad Decapolin pertinebant, fortis quoque fue-
rint Naphthalitiae.

§. 28. Superest solus JVDAS, ὁ προμηθευτης ὁ δονητης τωι συνδι-
βεστι των Ιησου. Ne nunc dicam, de ejus patria quae fuerit, quod
prorsus indubium esset, nihil posse asseri, ille eti primum fuit κα-
θητης Αποστολης αυτης ουτης Αποστολος, tamen quando ελαχης τωι πληρωτης της δια-
νοιας αυτης semetipsum illorum numero miserandum in modum ex-
cussit, neque adeo nobis necessitatem impositam esse putamus, ut,
si Naphthalitas fuisse Apostolos ostendendum est, id de Juda quo-
que, qui nefando, quo caput suum alligavit, flagitio, se Aposto-
lorum & collegio & nomine redditum indignum, αραιωσθεντως
singillatim demonstretur. Neque PAVLVS heic nos moratur,
de quo quidem ex tribu Benjaminis orituro non agit in hoc com-
mate Divinus Vates, cum deinde vs. 27. ex collatione Pf. LXVIII.
28. separatim eum ejusque patriam ex multo eruditissimorum
Interpretum opinione indicaverit.

§. 29. Neque prorsus hic negligendi sunt LXX, discipuli,
quos Apostolorum choro adjunxit, atque ad annuntiandum re-
gnum suum quaquaversum ablegavit, testante inter Evangelistas
solo Luc. X. 1. seqq. Quanquam enim de illorum patria nihil
commemoretur, fuisse tamen Naphthalitas maximam partem,
inde puto non inepte me posse colligere, quod à Christo in tri-
bus

bus Naphthalitiae' provincia vocati atque missi fuere. Hoc autem ex illo sermone colligo, quem cum illis habuit in illo itinere, quod paulo ante mortem ex Galilaea in Iudeam fecit; Tum enim videtur Bethsaidam, Χαερζη & Capernaum, Naphthalitidos urbes habuisse in conspectu, ditoque quasi exerto commonistrasse, quando illis acclamabat: Οὐαὶ ΣΩΙ Χαερζη, ΣΩΙ Βηθσαιδας &c. Καὶ ΣΤ Καπεναωμ. &c. vñ. 13, 15. Inde pariter conjicies, quam nactus sit patriam MATTHIAS, qui deinde forte in locum Iudea proditoris suffectus fuit, siquidem ille, quod Patrum antiquorum plerique, idque sane non contemnendis rationibus suffulti, credidere ex numero των διαθητων in collegium cooptatus fuit Apostolorum. Unde hanc tandem rationibus subductis cogitationum nostrarum summam facimus, regionem, quae in formam cessit Naphthali, suisse domicilium Apostolorum tantum non omnium & duorum sicut Evangelistarum, & si conjecturis agendum, etiam discipulorum Christi των εβδομηκορων. J. Q. E. O.

§. 30. Illud autem ut aperte verbis Jacobaeis continetur, ita nunc porro est ostendendum, reliqua quoque, quae habet sanctissimum Patriarcha, in illos convenire apprime. Quod enim (P) adinet titulum CERVAE, quo Apostolorum chorus insignitur, quisquis ea, quae Cap. I. §. 10. sqq. adduximus, repetere volunt memoria, confitebitur vix Apostolorum mores & fata sub concinniori potuisse depingi emblemate, quam quidem cervorum. Pone tibi tantum ob oculos incredibilem velocitatem, qua in propagando Evangelii cursu usi, salebras omnes & ardua feliciter superarunt. Neque necesse est ut confugias ad illam orbis terrarum divisionem, qua unicuique Apostolorum certam ajunt terram. Haec enim traditio fabulam olet, & à multis explofa est. Neque Pauli expeditiones atque itinera commemorabo, in quibus Evangelio suo ab Hierosolymis in circuitu ad usque Illyricum implevit omnia Rom. XV. 19. & Syriam, Ciliciam, Iudeam, Palæstinam, Pisidiam, Pamphiliam, Attaliam, Cretam, Meliten, Italianam, Macedonia, Graeciam, Peloponnesum, Phrygiam, Galatiam, Dalmatiam, Macedonię, Cyprum, Cappadociam coelestis doctrinae luce illuminavit. Haec enim ad implementum commatis potius 27. quam hujus ostendendum pertinent. §. 31.

§. 35. Omnibus enim nuntiis suis id dedit in mandatis Sal-
vator optimus maximus, ut proficiscentes εἰς τὸν κόσμον ἀπέντεντο Evan-
gelium praedicarent παρὰ τὴν κύριον Matth. XXVIII. 19. Marc. XVI. 15.
ut essent ejus testes Εἰς Hierosolymis Εἰς in tota Iudea, Εἰς in Samaria οὐα-
λέγασθε της γῆς Act. I. 18. Praedixerat quoque ante excidium Hiero-
sollymorum, praedicatum iri Evangelium regni εἰς τὴν ἐκκλησίαν
εἰς μαρτυρεῖν πάσι τοῖς ὁδοῖς Matth. XXIV. 14. Illi praecepto obse-
cundantes exierunt Εἰς praedicarunt πεντετάχου Marc. XVI. 20. ita ut
sonus eorum exiret εἰς παντας τὴν γῆν Rom. X. 18. & Evangelium annuntia-
retur εἰς πάντα τὰ κοσμικά Col. I. 6. imo εἰς παντας τὴν κύριον τὸν ὄντας
vñ. 23. ita ut unusquisque CVRSVM suum absolvens ex phrasí
Paulina. 2. Tim. IV. 7. nullum locum disciplinac suac fineret ex-
pertem, μη νοσεῖ, μη ἐπειγο, μηδ ειπει τελεῖ αὐθεωποις κατηκουαν, ή Φυ-
σις ίδει, non infulas, non continentem, non si quam tertiam habitationem
natura hominibus dedit, quae verba sunt Gregorii Nysseni in Or. de
Petro & Paulo. Neque illa res obscura esse potest illi, cui mo-
do Legatorum hujus acta, quae D. Lucas consignavit, aliaque
primaec ecclesiae monumenta, volvere animo lubitum est. Prae-
fertim, si cogitet stupendos illos, & mirum quantum prosperos
successus, quos in tot longe lateque diffitis nationibus, instar ful-
guris momento temporis ab ortu ad occasum penetrantis, omnia-
que lumine suo illustrans, habuit doctrinæ Christi annunciatio. Cum enim, ut verbis utar Laetantii de morte perfec. c. 2. Domi-
nus subtractus esset oculis hominum, raptusque in coelum, discipuli ejus dispersi
sunt PER OMNEM TERRAM ad evangelium praedicandum, &
per annos XXV. usque ad principium Neroniani imperii PER
OMNES PROVINCIAS ET CIVITATES ECCLESIAE fun-
damenta miserunt, vel ut Theodoreetus in Διάλογοι μετανοῶν scri-
bit, illi pescatores Εἰς publicani (intelligit Apostolos) cunctis nationi-
bus legem Evangelicam detulerunt. Neque solum Romanos, qui que sub Ro-
mano vivunt imperio, sed Scythas quoque Εἰς Sauromatas, Indos praeterea,
Aethiopes, Persas, Hyrcanos, Britanos, Cimmerios Εἰς Germanos, utque
semel dicatur, omne hominum genus, nationesque omnes induxerunt Crucifi-
xi leges accipere. Idque eo cum fructu, ut de Ecclesia secundi sac-
culi idem lacteus scriptor cap. 3. potuerit scribere Ecclesiam nullos
inimicorum impetus passam, manus suas in orientem occidentemque porrexisse,
ut iam

413

lit jam nullus esset terrarum angulus tam remotus, quo non religio Dei penetrasset, nulla denique natio tam feris moribus vivens, ut non suscepimus Dei cultu ad iustitiae opera mitesceret. (a) Sed haec demonstrationis uberioris non indigent.

§. 32. Neque minus in eos Cervarum symbolum quadrare, quod ab omni destituti praesidio perpetuis hostium suorum persecutionibus objecti, fortis tamen atque constanti animo in cursu suo perrexerunt, id abunde patebit illi, qui Cap. I. §. 11, 12, 13, legendio eos ablegatur, ita alloquebatur: ἡγεμόνας τούτων οὐ μάς αὐτοῖς φέρετε εἰς τὴν αἴρην, ut legitimus Math. X. 16, 23. quid hoc aliud est quam si dixisset eritis ΚΑΙΡΟΥ ΣΛΗΤΩΝ, sicut CERVA emissā, sive mittam vos ut cervas imbellis in medio insectantium venatorum & canum, quea huic illuc agitatae in fuga praeceperit sibi potissimum consulere debent. Confer omnino versus 17, 18, 22, 23. Luc. X. 3. & Joh. XV, 17, 18, 20, 21. XVI. 2, 20. Quam accurate autem huic predictioni responderit eventus, nemini nisi in historia Apostolica prorsus hospiti obscurum esse potest. Vide Act. XIII. 50. XIV. 5, 19. XVI. 22, 23. XVII. 5. & passim alibi. Sane, ut infirmeras, & undequaque hostium agitationibus atq; furoribus expostitas cervas Apostolos describit Apostolorum haud infimus Paulus, quando scribit: Καυκυπομένης οὐ τις ΑΣΘΕΝΕΙΑΣ, εὐ νίθεστιν, εὐ αναγκαῖς, εὐ ΔΙΩΓΜΟΙΣ, εὐ συνοχελευτικής Χειρεύς. 2. Cor. XII. 9, 10. Εργει Θεοὶ δικαιοὺς εὐ θλιψεῖν, εὐ πληγαῖς, εὐ ακαπνοῖς, εὐ κοτισ, εὐ αγρυπνίαις, εὐ μετεισ. 2. Cor. VI. 4, 5, 6. Vide porro ac perpende 2. Cor. XI. 23—28. 2. Cor. IV. 8, sqq. 1. IV. 9—14. & confer Ebr. XII. 36, 37, 38.

§. 33. Quum vero divinus vates non cervae solum meminit, sed & emissae & ablegatae, manu quasi ducimur ad cogitandum de APOSTOLIS. Ubi enim in textu Ebraico כְּרָב, quae vox heic loci legitur, occurrit, Alexandrini Interpretes eam per

F

Στυ.

(a) Vide de celeri primi Evangelii cursu Interpretes ad loca citata Lactantii. *Wifsi Milc.* L. II. ex. 13. §. 7-8. *Cavium de Apost. vita* p. 161, 162. *Lampum in Pf. XLV. ex. V. §. 29.* *Centur. Magdeb.* I. L. II. c. 2; *Spanh. hist. Eccles. Sec.* I. c. 8. *Pagium in Critica ad a. C. 42. n. 2.* *Maiuendam de Anti-Car.* T. I., L. IV. c. 1. sqq.

Sed tamen tantum non semper, i.e. quinque centes transstulere, uti
& שָׁלֹוחַ & מְשֻׁרְחַת Ex. XVI. 18. τοις ἀπεσταλμένοις, & שָׁלֹוחַ & מְשֻׁרְחַת
verterunt. Ita Duodecim exploratores à Mose in terram
promissam emissi, ubi in Ebraico est שָׁלֹוח, dicuntur ἀπεσταλεῖται
Num. XIII. Immo cum 1. Reg. XIV. 6. Achias propheta se vo-
cat שָׁלֹוח ו εἰ εἰ eum vocant ἀπόστολοι. A tali autem ἀπόστολοι nomen
datum est duodecim Christi Legatis, qui dicti sunt ἀπόστολοι,
i.e. ἀπεσταλμένοι. Erant illi enim, quos ἀπεστειαὶ οἱ Ἰησοῦς Matth.
X. quos ἐπίσης διδάσκει, οὐαὶ ἀρνητέλαι ἀντει παραγενι. Marc. III. 14.
quibus acclamabat; οὐεὶ ἡγιαὶ ἀπεστελλοι νύμας Matth. X. 16. de
quibus dicebat ἀπεστειαὶ αὐτοις εἰς τὸν κοσμον Joh. XVII. 18. Con-
fer quoque Joh. IV. 38. XX. 21. & Luc. X. 1, 3.

§. 34. Et quod magis est, notandum porro, quos Helle-
nizate vocabant Apostolos, illos Hebrei appellabant שָׁלֹוחִים vel
שָׁלֹוחִין. Vulgatum quoque est & passim à Viris doctis (a) ob-
servatum id nominis à Synagoga Judaica ad Christianorum Ec-
clesias manasse. Illi enim à coetu Ecclesiastico ablegatos vel ad
literas encyclicas vel decimas colligendum appellabant שָׁלֹוחִים
vel שָׁלֹוחַ צָבֵר sive חֲקָרָה, hoc est ἀπόστολος τῆς εκκλησίας. Unde
quando Lucas VI. 13. οὐαὶ ἀπόστολος ἀνομάτως, scribit, cave credas,
Christum usum esse voce Apostolorum cum Syriace vel Chaldaice
loquens, eos omni dubio procul vocaverit שָׁלֹוחַ, nomine tum
temporis inter Judeos valde usitato. Quae cum ita sint, cum
quis mentionem fieri legit Cervae שָׁלֹוחַ, cui non statim in-
mentem veniunt שָׁלֹוחִים, i.e. APOSTOLI? & parum abest,
quin illos Domini nostri legem per ipsas suo paene nomine à Jacobo in-
dicatos asseram.

§. 35. Quemadmodum autem ita Apostolorum patriam, fa-
mam, atque manus praedicta ab Israële deprehendimus, ita & verba,
quae sequuntur שָׁלֹוחַ הנְזָקָן אַמְרוּ ea, in quibus praeципua mun-
tis eorum ratio versabitur, innuunt. Ostensum enim satis su-
perque

(a) Vide Lightfootum, Grot. & Calovium ad Matth. X. 1. Hammondum ad Luc. VI.
13. Joh. XX. 21. C. Vitringam de Synag. Vet. L. III. P. II. c. 3. Casaub. ad Bar. Ex. XIV.
n. 2. seqq. J. Buxtorff. in Lex. Fr. Burmannum P. in diff. de Apost. I. & de Synag. §. 22.
23. S. Petiti Var. Lect. L. I. c. 12. Caveum de vita Apostol. p. 154. Fr. Spanhem. de Apost.
§. 7. J. Fr. Mayerum in diff. de Apostolis Hebreorum habita Gryphiswaldiae a. 1705.

perque à nobis C. I. §. 20. seqq. per illa שָׁפֵר אַמְרִי significari laetum de instauratione generis humani nuntium; hoc est EVANGELIVM. Hujus autem praedicationem praeципuum missionis illorum scopum finemque fuisse, & nemo ignorat, & sacrae literae plus vice simplici confirmant. Missurus eos Dominus jubebat πρεγεμένοι δὲ ΚΗΤΕΣΗΤΕ, λεγοντες ἐπὶ τῷ γίγινεν καὶ βασικεῖα τῶν εὐαγγελίων Matth. X. 7. Πρεγεμένοι δὲ πάντα ΚΗΤΕΑΤΟ ΤΟ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ. Marc. XVI. 15. Πρεγεμένοι μαθητούσετε πάντα τι εἰδήσετεν. Autem Matth. XXVIII. 19, 20. Idque testatur Marcus III. 14. Επιπον διδεκα, ινα εισ μετ' αὐτα, καὶ ινα ΑΠΟΣΤΕΛΑΗ ἀντες ΚΗΤΕΣΕΙΝ. Atque illi mandato morem gessere accurate, nam εξηγερτες ἐπηγόρουσαν πάνταχς Marc. XVI. 20. & πάντα ήμερον εἰ τῷ λεγοντας οὐκον εἰ πάνταν διδασκοντες καὶ ΕΤΑΓΓΕΛΙΖΟΜΕΝΟΙ ίπον των Χριστου. Act. V. 42. Unde vocantur Κητεῖς I. Tim. II. 7. 2. Tim. I. II. XXII. 15. Imo videor mihi abusurum me operam, si huic rei insistam diutius, vellemque probare pluribus Apostolos fuisse שָׁפֵר אַמְרִי, i.e. EUANGELISTAS, adeoque Jacobi vaticinium implementum omni ex parte nactum fuisse.

§. 36. Quod si autem quispiam praefracte illorum virorum cogitationes sibi retinendas esse existimat, qui verbis nostris pugnibus Iesu Christi personitura & primo loco Evangelii luce colustranda, quod & Es. IX. 1, 2. coll. Matth. IV. 13, 14, 15. praedictum fuit, tantum abest ut eas explodi velim, ut potius aliquid afferre impletum esse dispalefcat. Innuo nempe memorabilem illam de mirifica Christi in monte μετωποφωτει historiam, tanti visam Spiritui Sancto, ut & à quatuor Evangelistis & tribus Apostolis simul eam voluerit vicioris aeternum chartis commendari, Narrat illa è coelo hanc vocem υπὸ της μεγαλοπεπτες δοξης auditam fuisse, Ουτος Ιησος ὁ θεος μηδεπεπτες δοξης ενδοκυον. Erant haec sane ἔργα την ab ipso Deo prolatas, audiente maxime venerabili choro, qui ecclesiam & militantem & triumphantem, & Veteris Testamenti juxta & Novi, & Mosen & Prophetas, & Apostolos, eorumque omnium CAPVT & Principem simul uno intuitu exhibe-

hibebant. Complectebantur totius Evangelii summam ac medullam; JESVM CHRISTVM esse MESSIAM (tum enim temporis Messiam Judaei Dei filium appellabant) quin & illum populo Israëlis olim propositum Angelum, in cuius medio nomen Dei futurum erat, & magnum illum Mosi parem Prophetam. Utrique enim huic, neque ulli mortalium vel angelorum unquam in plena emphasi dictum erat. *Avis dicens Exod. XXXIII. 21, 22. Deut. XVIII. 15.* Praeterea utrumque illius statum, & naturam utramque, & triplex officium, quin & omnia hominis officia, quae sunt, crede re Evangelio, eoque digne vivere, quod utrumque sub præcepto *Audiendi* involvitur, in his verbis concluduntur. Quae autem verba dicas magis *אָמְרֵי שָׁפָר*, quid pulchrius, quid suavius promulgari potuit illa voce, quae tum audit a fuit, EN Ω ΕΤΔΟΚΗΣΑ. Non solum delector eo sponsore, mediatore, instauratore hominum, mox λυτρωτού soluturo, aeternamque redēptionem addūcturo, phrasi desumpta à sacrificiis Veteris Foederis, quae εἰς ἑσπερίνα ἐνδιᾶς offerri dicebantur, sed & εἰς οὐ, i.e. PER quem placatus sum, hominibus videlicet, cum quibus nunc mihi mox in gratiam redeundum est, collato. *Luc. II. 14.*

§. 37. Haec autem verba audita sunt in tribus Naphthaliticae ditione. Neque tamen id factum puto in monte Tabore, quae opinio omnium paene saeculorum traditione confirmata fuit, licet ille, teste Eusebio ac Hieronymo in confinio tribuum Zebulon atque Isasschar situs fuerit. Omnes enim historiae Evangelisticae circumstantiae docent, transfigurationem illam factam non longe à Caesarea Paneadensi, sive Philippi, quae sita erat in extremis Galilaeae oris. Et quidem inter illam urbem & urbem Capernaum. Conf. Matth. XVI. 13, XVII. 1. & 24. Marc. VIII. 27. & Luc. IX. 37. Immo si conjecturis sane probabilibus agendum est, in monte Paneo, qui Caesareae adjacebat, cuius mentio fit in nummo quodam Marci Antonini, qui in nummophylacio est Mediceo, cujusque εἰς τὸν εἰς αἴπειρον τύφλον αὐτούς vertex in immensam altitudinem extenditur. Hunc autem terrarum tractum ad Naphthalitidem pertinuisse, caret dubio. Illi itaque, qui hoc oraculum de verbis in illa regione auditis accipiunt, hic inveniunt, suam opinionem quo confirmant. Num autem hoc quoque faciat

faciat illud, quod non pauci iisque non infimae notae ex Prophetarum choro, v. gr. ELIAS, ELISA, JONAS, AMOS, HOSEAS, & NAHVMVS tribui Naphthaliticae genus suum debere creditur, quod peculiari schediasmate ante hos quinque annos Clarissimus in Academia Julia Philologus *Hermannus von der HARDT* asserere voluit, id alius perpendendum relinquo.

§. 38. Est tamen, ne quid dissimulem, quod contra sententiam, quam proposui, adduci non sine aliqua specie queat, v. gr. locus insignis P. LXVIII. 28. ubi ingens & recentiorum & vetustissimorum Interpretum agmen Apostolos, eorumque natale solum indicari, & per Benjaminem parvum, PAVLVM, per Principes *Judee*, JACOBVM utrumque cum JOHANNE & SIMONE, per Principes *Naphthali* & *Zabulon* reliquos Apostolos intelligendos existimavit. Inferre itaque aliquis possit, si & Apostoli ex tribu fuere JVDAE, & ZABVLONIS, non potest omnibus Naphthalitis adsignari patria. Sed non unum est, quod respondeam; Nam (1) Certum est hoc dictum esse perobscrum, iis etiam conscripsiit verbis, quae alibi non occurunt, neque id extra omnem minari, adeoque inde nullum inevitabile telum in nos contorquebit. Porro pone (2) unum alterumve ex Apostolis fuisse ex subversurum esset, cum nobis sufficiat ostendisse, longe plurimam maximamque eorum partem fuisse Naphthalitas. Praeterea (3) vel patriam significari dicas, neque enim vocantur FILII *Judee*, *Naphthali*, *Zabulon*, sed Principes eorum, ut innuantur potissimum illae tribus, quas illi praesentia sua nobilitarunt, & doctrina expoliverunt. Ad extreum (4) cum verba רג'מְתָה יְהוָה שֶׁרְיָה וְרִבְעֵה, pro principes *Jehudae* eorum est maledictio, locutione Hebraicā, Alberto SCHVLTENS (a) considerandum offero, anne per principes illos *Judee* maledictos intelligi debeat infelix ille Christi proditor JVDAE, qui solus ex tribu *Juda* descendit. Ita enim omnium Apostolorum haberes tribus, *Paulus* enim erat Benjaminita, *Judas*

(a) in observ. Philolog. in V. T. p. 163.

ex Iuda ortas. Reliqui omnes ex urbibus Naphthaliticae terrae, quae fortè Zabulonis adtingebat, Quamquam plura quam vulgo putatur, in hoc oraculo deitescere mihi videntur, quae cum haec dissertatio jam ultra modum procecerit, destinanda ali loco sunt.

§. 39. Tandem Apostolos ex Patriarchis Naphthali & Zabulon natos esse nos nescire, id inde confidere vult BASNAGIUS: *Cum Galilaei essent Apostoli ex illis tribus orti videntur, quae Galilaeo regionem incolebant.* *Cum autem Josephus ducat, praeter duas tribus nullam rediisse in Iudeam, sed ultra Euphratem manuisse, binc patre, nullam in Palaestina fuisse vel Nephthalitarum vel Zabulonitarum tribum.* Sed haec nostra quam adstrinximus sententiam non destruunt. Nam si vel auulta maxima pars Nephthalitarum non rediit, nullos tamen rediisse ecquis dixerit? Neque id volumus, quod Apostoli omnes ex Iubitis Naphthali fuerunt orti, sed tantum in illo, quod à Naphthali fortius erat nomen, solo, vel lucem adpexisse vel dominium habuisse. Atque hoc est, quod à nobis in argumentis, quibus in rebus id genus fortiora vix dantur, ostensum esse arbitror. *Quibus nunc verbum non amplius addam.*

COROLLARIA RESPONDENTIS.

1. **V**ere Nicolaus quidam exitit primo seculo, cujus sectatores Nicolaitae dicti sunt.
2. Ebionaei autem minus recte haereticorum primi seculi catalogo inferuntur.
3. Tiberium decretum fecisse de Christo in numerum Deorum refereudo defendimus.
4. Hadrianum Imperatorem quartam in Christianos movisse persecutionem, falso à quibus busdam afferitur.
5. Defendi potest Neftorius, quando Mariam θεατρου dicte posse negavit.
6. Reste tamen etiam reprehensus est, quod Marianam Deiparam esse initiatus est.
7. Constantinus M. non ex rationibus mere politicis favit Christianis,
8. Leviathan, qui apud Jobum describitur, non est Crocodilus.
9. Verbis illis Matth. II. vi. 23. ὅτις πλευραν τοῦ πνεύματος δια τῶν προφητῶν, ὅτι Ναζωραῖος καὶ Λεπτοτετραγωνίτης inter alia digitus intenditur ac a loco S. Scripturae, in quibus humili ac delecta eius conditio à Prophetis praedicitur.
10. Hircus ille emissarius, qui in die expiationis imaginæ in desertum mittebatur, Levit. XVI. 20, seqq. non populum Iudaicum immorigerum, sed Christum representavir.
11. Verbis illis κατέβησεν τα καρκανία μετὰ της γῆς Eph. IV. 9. non descendens Christi in infernum, sed sepulchrum eius indicatur.
12. In Haereticos non est animadvertisendum ultimo supplicio.
13. Sacrificiorum originem non humane, sed divinas institutiones debemus.
14. Autor Epitiale ad Hebreos non alius est, quam Paulus.
15. Illa lingua Graeca à primo Auctore conscripta est.
16. Per Zachariam illum Barachiae filium, de cuius caede Matth. XXII. 35. non indicatur Zacharias, qui z. Paralip. 19, 20. trucidatus legitur, neque etiam Zacharias Propheta, sed Zacharias Baruchi filius proxime ante παραλιθαῖς Reip. Iud. interentus.
17. Absurdum est dogma Spinozae, quo statutum Deum posse esse corpus & mentem simile.
18. Deus in decernendo ac producendo res habuit libertatem indifferentiae.
19. Melchisedecus non fuit Christus, sed merus homo.
20. Argui, pro Dei existentia à priori sumunt, non validum est.

• T 2 2 4 •

Hd 1299


ULB Halle
003 006 867


3



f

SB





Dilputationem Theologico-Philologicam,

De

NAPHTHALITIDE

Patria APOSTOLORUM,
ad illuminandum illustre JACOBI
Oraculum, quod legitur
GEN. XLIX. 21.

Auspice τῷ της ὁμολογίας ἡμῶν
ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ JESU CHRISTO,
PRAESES

THEODORUS HASAEUS,
S.T.D.& Prof. P.O. & ecclesiae
ad D. Virginis Pastor,
&

RESPONDENS

GEORGIUS HENRICUS KOEPPELIUS,
Haflus,

placidae literas amantium disquisitioni
Futuro die Saturni ad d. XV. Kal. Jul.
H. L. Q. S. instituendae
offerunt.

B R E M Æ,
Typis HERMANNI CHRISTOPHORI JANI,
Illustr. Gymnasi Typogr. 1724.